J. VESTI.

ŒCONOMIA CORPORIS HUMANI
AC TRACT: DE PURGATIONE.







JUSTI VESTI,
MEDICINÆ DOCTORIS
Et in
ACADEMIA ERFURTENSI PROF. PUBL.
ŒCONOMIA CORPORIS HUMANI,
In qua
Octo Dissertationibus Functiones pleræque & potiores, facili & concinnâ Methodo, in usum Studiosæ Juventutis proponuntur, & ex suis causis deducuntur;
OPUSCULUM
Et suâ brevitate & utilitate
Medicinæ Tyronibus se maximè commendans:
Cui accesserunt duo Tractatus,
ALTER DE PURGATIONE, ALTER DE MEDICAMENTORUM FORMULIS CONSCRIBENDIS
Ejusdem AUTORIS.

JENÆ,
Sumptibus JOH. JACOBI Ehrt.
ERFORDIÆ,
Typis JOH. HENRICI GROSCHII.



PRÆFATIO AD LECTOREM.



Rtem noſtram Medicam, Lector Benevole, in ſe conſideratam & ratione finis, propter quem addiſcitur & exercetur, totam eſſe practicam, plures ex Medicis hodiernis ultrò mecum fatentur; hinc minùs benè facere videntur, qui eandem in theoreticam & practicam ſolent diſtingvere: Ut autem practica eſt ars, cujus ratione ſanitas præſens conſervatur, & amisſa reſtituitur, ita fieri hoc nequit citra maximam cautelam atque prudentiam, omnibus circumſtantijs, circa morborum doctrinam ac decurſum occurrentibus, probè conſideratis. Verùm doctrina mor-

borum, ſive ſtatus corporis humani præternaturalis, nec â docente commodè tradi atque exponi, nec â diſcente ullo modo percipi poteſt, niſi genuina Medicæ artis dogmata ſive fundamenta præmittantur, ex ijsque ſtatus naturalis exponatur, ut ſanitas integra cum ſuis cauſis atque accidentibus (nimirum actionibus, excretis & retentis atque qualitatibus externis integris) probè penſitetur, & ceu lydius lapis ob oculos ponatur; *rectum enim ſecundum Axioma Philoſophicum norma eſt obliqui: & contraria juxta ſe poſita magis eluceſcunt.* Hâc itaque de ſtatu hominis naturali doctrinâ ut Studioſæ juventuti conſulatur, cùmque in Inſtitutionibus reformatis promiſerim, me Collegium Phyſiologicum, quod aliquot vicibus privatim Auditoribus meis propoſui, publici

publici juris eſſe facturum, huic meo promiſſo ſtare, illudque reviſum, in variis immutatum atque typis excuſum artis noſtræ tyronum oculis exponere & æquo tuo, Lector amice, animo offerre volui; ceu Compendium Phyſiologicum, ſub titulo Oeconomiæ humani corporis; quâ functiones, ſi non omnes, ſaltem pleræque & potiores breviter recenſentur & ex cauſis ſuis deducuntur, quantum per experientiam & rationem easdem cognoſcere mihi licuit, & conſentientes habui optimos Autores ex recentioribus. Diverſi quidem libri Phyſiologici Celeberrimorum Virorum, quos magni facio, in publicum prodierunt ſatis prolixi, ſiquidem ab æterno Numine generi humano diverſa conceſſa ſunt dona, ut alij prolixè, alij verò ſuccinctè ſcribant & diſciplinam

vel artem aliquam proponant, cùm interdum etiam paucis multa dici & tractari possint: Verùm cùm tyronibus apprimè conducat (quibus inserviendi unica mea intentio est) ut res in compendio tradantur, opusculum hoc meum lucem quoque videre, operæ pretium esse duxi. Divisi autem illud in octo Dissertationes, ut habeamus in posterum pro Exercitio Academico, quod disputemus: Nomina illorum, qui responsuri sunt, peculiari Programmate indicabo. Subjunxi etiam tractatum de Purgatione, olim editum, jam verò auctiorem & correctiorem, cùm materiæ dignitas illud postulet, ut juniores Practici cautiùs mercari discant; siquidem in purgantium Medicamentorum applicatione facilè impingere potest quivis, in praxi Medica non probè exercitatus. Ulti-

mi-

mò quoque Doctrinam de Formulis Medicamentorum conſcribendis, ad ductum Excell. Wedelij adornatam, adjeci, quam olim loco Diſſertationis Eruditorum examini expoſui, jam verò cùm hactenùs â varijs fuerit deſiderata, auctam, magis correctam & tabulâ doſium, item diverſis Medicamentorum Formulis ad exemplum locupletatam, de novo exhibeo. Indicem, cùm tractatus ſint exigui, lubens omiſi, quoniam quilibet facili negotio in ijsdem memoriam localem ſibi poteſt comparare. Errata Typograghica, ſi quæ occurrunt, Lector Benevole, pro humanitate tua Ipſe emendabis. Vale & Fave, bonique conſule!



ŒConomum laudo, qui prospicit ædlibus, atque
Ne desit quidquam cum ratione cave:t
Majori tamen est Medicus mihi laude ve hendus,
Qui studet, ut vigeat Corporis usque status:
Talia cum tractes, Collega colende, reporta:
Et famam & laudem, perpetuumque decus.

αὐτοσχέδ.

D. GEORGIUS CHRISTOPHORUS PETRI ab **Hartenfelß** /
Sacri Pal. Cæs. Comes, Consiliarius & Archiater Electoral. Mog. Consul & Physicus Erffurtens. Univ. & Fac. Med. Senior, & p.t. Decanus, P.P. P. L. C. &c.

CLarescit docto jamdudum plausibus Orbi
Præcellens Nomen, VESTE perite, Tuum;
Claret & hoc partu, quem nunc Tua docta Camœna
Protulit, hinc ævo Fama perennis erit.

Excellentissimo AUCTORI debitæ Observantiæ & Honoris ergo ponebat
M. JOHANNES **Kießling** / P.P. & Ecclesiastes ad D. Gregor.



Σὺν τῷ Θεῷ.

ŒCONOMIÆ CORPORIS HUMANI

DISSERTATIO PRIMA,

De

ALIMENTORUM APPETITU, ASSUMTIONE ET ILLORUM IN VENTRICULO DIGESTIONE.

§. I.



Mnes totius corporis functiones, in quibus ſanitas atque valetudo proſpera conſiſtit, vel individuo conſervando, vel ſpeciei propagandæ inſerviunt: Individuo miniſtrantes commodè in naturales & animales ſubdividuntur. Naturales variæ aſſumtorum mutationi, v. g. *chylificationi, ſangvificationi, nutritioni, &c.* inſerviunt; tales ſunt, quæ ſponte Naturâ

 per-

peraguntur, nec à noſtra dependent volun-
tate: Animales verò circa rerum quarumvi
per ſenſus externos& internos cognitionem
hinc & varium animi corporisque motum
voluntarium ſunt occupatæ.

§. II.

Ex actionibus ejusmodi ſimplicibu
mixtæ ſeu compoſitæ oriuntur, qualis e
reſpiratio, quæ, prout homine dormiente, nec
de illa cogitante peragitur, eſt naturalis, pro
ut verô ex illius arbitrio ad tempus retarda
ri poteſt, eſt animalis. Functiones ſpecie
propagandæ inſervientes circa lactis ac ſe-
minis elaborationem, hujusque in ſinum
muliebrem ejaculationem, fœtus formatio-
nem &c. ſunt occupatæ.

§. III.

Licet autem ex actionibus individu
conſervando inſervientibus agmen duca
reſpiratio, quæ omnium prima hominis re-
cens nati functio eſt, cujus tanta etiam e
necesſitas, ut ne momentum hâc citra vi-
tæ diſpendium carere poſſimus; primam
tamen infantis modò nati naturalem paſſio-
nem eſſe eſurire atque ſitire, proindeque la
ex mammis ſugendo famem ac ſitim lenir

obſer

observamus: Et cùm à facilioribus & notioribus in qualibet doctrina incipiendum, & ad difficiliora & magis ignota progressus sit faciendus, meritò ab appetitu tum esculentorum, tum potulentorum exordior.

§. IV.

Appetitus tum esculentorum, qui fames, tum potulentorum, qui sitis dicitur, formatur à spiritu nostro imaginativo, qui Philosophis phantasia dicitur & pro animæ potentia habetur: Sedem autem non in ventriculo, ut *Helmontius* arbitratus est, sed in cerebro habet, actus verò appetendi in ventriculo manifestatur, ob copiosissimos spiritus animales, per nervos paris vagi sive octavi, orificio superiori ventriculi implantatos, influentes, illudque admodum sensile constituentes; est enim actio purè spiritualis, quod animi παθήματα, appetitum diminuentia, indicant. Ejusmodi autem spirituales sensationes atque actiones celerrimo in corpore fiunt motu, quod observamus in levissimo etiam dolore sive tristi sensatione, titillatione seu voluptuosa sensatione, impressionibus cogitativis & similibus.

§. V.

Eſt itaque cauſa appetitus proxima & eſſentialis principium vitale, ſive ſpiritus ventriculi inſitus, excitatus & ſtimulatus à fermento ſive liquore glandulari ventriculi, ſecundum naturam ſubſalſo, ſpirituoſo & reſolvendi virtute prædito, ceu cauſa occaſionali; ſpiritus ventriculi inſitus ita commotus, hanc ſenſationem velociſſimo motu communicat ſpiritui noſtro imaginativo ſive phantaſiæ, diverſas ſibi pro varietate ciborum, tanquam objecti, ideas atque conceptus formanti. Talis enim eſt harmonia ſpirituum, ut, quicquid ſpiritui inſito imprimitur, influenti, & quicquid influenti, illud inſito in momento communicetur, id quod apparet in ipſo appetitu, varijsque characteribus & nævis, quibus infantes, in utero materno adhuc latitantes, ſigillantur. Sic etiam cibus, quo majore appetitu aſſumitur, eò faciliùs digeritur & chylificatur, quoniam ſpiritus tunc copioſiores influunt in ventriculum, chylificationem promoventes: Spiritus autem chylificationis cauſam eſſe primariam, in ſequentibus demonſtrabitur.

§. VI.

§. VI.

Liquorem gaſtricum, qui p. n. acidus quandoque evadit, in ſtatu etiam naturali talem eſſe, probabiliter à quibusdam ſequentia ob experimenta concluditur: [1] Omnia acida, v. g. *ſpiritum ſalis, vitrioli & nitri*, uti etiam ope *ſpiritus vini* hosce temperatiores redditos, famem promovere & appetitum ſtimulare, id quod praxis docet. [2] Quævis alcalina fixa atque terreſtria, ut *lapides cancrorum*, *cretam*, *corallia &c.* ceu acidum præcipitantia & infringentia, appetitum diminuere & famem tollere. [3] Vomitum & præternaturalem morboſum, & artificialiter excitatum ut plurimum acidum deprehendi. Et [4] lac atque mel jejuno ſtomacho aſſumta aceſcere, lacque caſeoſum atque coagulatum vomitu rejici, quod videndum apud *Tachenium Hippocr: Chymic.* uti etiam *Med. Hippocr. Chym. D. Etmülleri.*

§. VII.

Reſpondetur autem ad hæcce argumenta, [1] non tantùm acida, ſed quævis acria excitare appetitum, v.g. *aromata, ſtomachica balſamica, ſalia volatilia* &c. in pituitoſis

& melancholicis potissimùm affectibus ; hinc etiam lupus animal est admodùm vorax , quoniam ductus choledochus in ejus ventriculum inseri refertur. Quod [2] alcalina fixa atque terrestria appetitum diminuant , illud non faciunt acidum præcipitando, sed spiritus figendo, quod ex febrium, etiam biliosarum curatione clarum evadit,in quibus insignes præstant effectus, spirituum orgasmum supprimendo. [3] Quod vomitum attinet morbosum, ab illo ad statum naturalem non est concludendum ; materia autem in vomitu , à medicamentis excitato , rariùs acida observatur in sanis hominibus : Verùm in morbosis subjectis post pravas digestiones, ob defectum spirituum,alimenta in acidum sæpiùs degenerant liquamen, quod totam inficit massam sangvineam , unde non potest non lympha acida per glandulas ventriculi & pancreatis separari, quæ vomitu artificiali rejicitur. [4] Lac & mel quâ datâ occasione per se facilè acescunt , in perfectè autem sanis & εὐεξίᾳ gaudentibus illud semper fieri , meritò dubitatur, siquidem lac sæpiùs, etiam non coagulatum per vomitum rejicitur,

tur,

tur, benè ſeſe habente digeſtione ventriculi, ob ſpirituum abundantiam atque vigorem.

§. IIX.

Expulsâ ex ventriculo alimentorum digeſtorum maſsâ, & conſumto ſucco chyloſo ſecund. nat. dulci, liber eſt noſter ſtomachus, hinc liquor glandularis gaſtricus ſtimulando excitat appetitum, & quidem, ſi eſt blandè ſalſus & ſpirituoſus, famem, ſin verò magis talis, ſitim producit; hinc eſt, quod ſcorbutici jejuno & vacuo ſtomacho ſiti vexentur. Ut enim ventriculus à quovis mediocriter acri vellicatus, ſolida magis poſtulat; ita quodvis exceſſivè ſalſum liquida deſiderat, quibus diſſolvitur atque diluitur.

§. IX.

Oritur autem & ſtillat hic liquor ſive fermentum ex glandulis interioris tunicæ ventriculi, quibus etiam totus œſophagus abundat, ſed in hominibus rarò, niſi per microſcopium conſpicuis: Quas tamen Anno 1686. in Anatome publica in ventriculo humano, in primis in ſuperiore ejus parte, non ſolùm valdè conſpicuas, ſed etiam limpidum & ſubviſcoſum humorem ex harum oſculis ſive papillis leni compreſſione exſtil-

lantem vidi, & præsentibus tunc ſpectatoribus demonſtravi. A veritate propterea abludere videtur *Sylvius*, dum opinatur reliquias ciborum, in plicis & rugis ventriculi hærentes, conſtituere fermentum; hoc enim ſi eſſet, nunquam rediret appetitus poſt febres ardentes & malignas, aliosque morbos, in quibus appetitus eſculentorum planè eſt proſtratus, nihilque horum aſſumitur: Sed contrarium teſtatur experientia quotidiana.

§. X.

Cibus à ventriculo eſuriente poſtulatus ore aſſumitur, ad quam functionem omnes & ſingulæ oris partes ſunt neceſſariæ. Os autem Medicis eſt cavitas, quam externè labia ſeu genæ, ex varijs muſculis exſtructæ & compoſitæ; internè verò lingua, maxillæ, dentesque conſtituunt. Labiorum beneficio os expanditur atque clauditur, hocque modo aſſumtio cibi & potus peragitur. Lingua ſolidiora aſſumta hinc inde transfert in ore, ſicque dentibus, inprimis molaribus, ſubjicit, ut probè comminuantur, atque comminuta ſalivæ intimiùs admiſceantur. Hæc autem cibis probè maſticatis

icatis primam in ore infert mutationem, cque eundem ad faciliorem disponit reso-itionem sive digestionem.

§. XI.

Hanc salivæ aptitudinem & efficaciam lurima docent: Præterquám enim quod k multa aqua, pauco sale & spiritu, salivam *ylvius* constare scribit; tenues, aculeatæ & enetrabiles particulæ in illa reperiuntur, nde varij effectus, qui à sola aqua vel alijs quoribus frustrà expectantur, ab illa depen-ent, id quod apparet in discontinuatione lercurij vivi, atque curatione quorundam itiorum cutaneorum per salivam oris jeju-i. Sic etiam panis biscoctus, dentibus pro-è comminutus ac salivâ imbutus, in massa-irinacea excitare valet fermentationem.

§. XII.

Propullulat autem & confluit in ore li-uor salivalis ex diversis glandulis, quarum liæ in ipsa hujus cavitate sunt disseminatæ, t glandulæ buccarum, tonsillæ, sublinguales ninores & majores, ductibus *Rivinianis* in os atulæ; aliæ exterius eidem adnectuntur, onglomeratæ nimirum parotides, maxilla-es & in oculorum orbita sitæ, quæ per du-

ctus *Stenonianos*, *Warthenianos* & *Nuckia-nos* rivulos suos lymphaticos in os immediatè derivant.

§. XIII.

Assumta ore alimenta, dentibus comminuta, salivâque probè imbuta, beneficio lingvæ in pharyngem detruduntur, qui principium œsophagi constituit, & ab eo non differt, nisi quod paulò amplior existat, variisque musculis exiguis gaudeat: Excepta á pharynge patulo ore alimenta, per oesophagum explicabilem & complicabilem ope dictorum musculorum in primis sphincteris, principium œsophagi constringentis deglutiuntur, ulteriùsque ad ventriculum propelluntur. Potus eodem modo assumi videtur, nisi quod sorbendo tantùm hauriatur, quantum unâ vice potest deglutiri. Ne verò in transitu in asperam arteriam quicquam alimentorum illabatur, natura super laryngem operculum cartilaginosum constituit, quod epiglottis nuncupatur, & in actu deglutitionis glottidem claudit.

§. XIV.

Deglutita hoc modo alimenta, in ventriculo conveniente tempore commorantur

r, (quod tamen accuratè determinari ne-
uit, siquidem hoc variat ratione alimen-
rum, masticationis & ipsius ventriculi ma-
s vel minùs robusti &c.) donec ritè sint
utata & fermentata, quam fermentatio-
em s. digestionem prisci Medici concoctio-
em appellârunt, & causam hujus inchoatæ
ylificationis in ventriculo facultati chyli-
cæ tribuerunt, istam autem facultatem ex-
icare non potuerunt. Alij opus chylifica-
onis soli calori assignant, sed nec hi verita-
m docent; non enim sequitur: Hæc re-
lutio est à calore, E. omnis. Ignis qui-
em culinaris ex variis rebus partes volati-
s, oleosas &c. resolvit atque expellit; sed
lor blandus ac remissus, qualis in stoma-
ho nostro reperitur, istud præstare nequit,
gò aliud quoddam principium accedat
ecesse est. Nec ignis omnia resolvit, sed
ntùm sulphurea & ad ejus naturam magis
ccedentia, non verò lapides & quæ fixio-
s sunt conditionis. Fermentum autem
entriculi s. liquor gastricus non tantùm re-
olubilia sulphurea & gummosa, sed etiam
maturam chalybis, lapides, ossa &c. (quod
estantur ventriculi gallinarum, anserum &
olumbarum) resolvit. §. XV.

§. XV.

Quidam resolutionem alimentorum in primis solidiorum ac duriorum acco ventriculi, ceu menstruo solventi, adscri bunt,sednec illi acu rem tangunt; cum tal acor naturaliter in nostro stomacho nco reperiatur: Et si daretur, citiùs membra nas stomachi arroderet, quam ipsa alimen ta resolveret, cùm acriora acida citissimè vi va corpora, non verò cadavera invadant quod apparet in *aqua forti & nitri*, cuticu lam hominis viventis, licet guttatim instil lentur, resolventibus. Nec etiam liquores excessivè acidi indifferenter omnia reso vunt, quod videre licet in *sulphure, cera &* *quavis resinosa materia.*

§. XVI.

Chylus â chylo differt specificè; diver sum enim homo præ brutis obtinet chy lum, quæ differentia non â calore aut acid quodam, sed â vitali dependet principio a charactere, quo charactere vitali sigillatur massa fermentata & resoluta in ventriculo. Ventriculi autem fermentum spiritibus non turgidum iners est, nec istum characterem vitalem ratione aciditatis, aut alius qualita

tiis

, ſed ſolius ſpirituoſitatis, imprimere va-
:. Hic character vitalis ac ſpiritualis facit,
alimenta citra putredinem reſolvantur,
ylusque laudabilis ac ſpecificus ex iis ela-
retur; unde illud tritum: *Quicquid in*
ima concoctione negligitur, in ſecunda vel
tia rarò vel nunquàm corrigitur. Sic
mentorum particulæ ex ventriculo ex-
lſæ, quibus vitalis character non eſt im-
eſſus, degenerant in cruditates, ex quibus
rii oriuntur morbi chronici: Nutritiones
am & excreſcentiæ vitioſæ, v. g. *verrucæ,*
umæ, caro ſpongioſa & ſylveſtris in vulne-
us atque ulceribus &c. hanc agnoſcunt
uſam, licet remotam.

§. XVII.

Principium chylificationis eſſe aliquod
ivum rarefactivumque, extra omne du-
um eſt poſitum; quodnam autem illud
quod corpora mortua, non verò viva
grediatur, disquirendum eſt: Hoc enim
n congruit calido, nec acido, ſed longè
o in principio eſt inveſtigandum. Sic
nbrici, aliaque animalcula viventia ac in
ıtriculo ſtabulantia non reſolvuntur,
oniam principium reſolutivum noſtri
ven-

ventriculi, eſt vitale ac amicum, non eni[...] cans, nec rodens, ſed blandè reſolvens, ac v[...] tali charactere chylum imbuens.

§. XIIX.

Eſt itaque ſpiritus uterque influus (an[...] malis & vitalis) per ramulos nervorum pa[...] ris vagi & copioſisſimas arterias gaſtrica[...] hoc principium activum reſolvens alimenta[...] eaque ſpecifico charactere ſigillans: Hin[...] non tantùm fiunt reſolutiones in ſtomacho[...] ſed in qualibet corporis parte, in quam ſpi[...] ritus commemorati naturali & alacri mot[...] influunt, inſitum ſ. principium vitale exſu[...] ſcitantes. Hoc liquidum evadit, quando[...] tumores nonnunquam in corpore noſtro[...] nullo applicato externo remedio, reſolvun[...] tur, cùm Natura juxta *Hippocrat.* morbo[...] rum ſit medicatrix: Spiritus autem & na[...] turam unum idemque eſſe, videri poteſt in[...] *Inſtitutionibus meis Reformatis Lib. I. Cap.* [...] *§. 6. & ſeq.*

§. XIX.

Spiritus laudati influentes ſubtilisſim[...] in tunica ventriculi interiore & glanduloſ[...] liquori gaſtrico, tanquàm ſpisſiori & magi[...] corporeo ſeſe conjungunt, aſſociant, cum[...]

oque ſpecificum fermentum conſtituunt. ermentum hoc ventriculi ſpecificum, parm ex ſpiritibus influentibus valdè activis, artim ex liquore glandulari conflatum, imenta, anteà in ore probè maſticata, ſaliàque imbuta, aggreditur in ventriculo, sque ſeſe per minima commiſcet, partiulas viſcoſas ac ſolidiores reſolvit, porosque lorum vi ſuâ elaſtica dividit atque dilatat, t tandem vitali charactere ſigillat. Et uoniam hæc alimentorum mutatio cum ermentatione maſſæ farinaceæ aliquo moo convenit, analogicè â recentioribus quiusdam Medicis fermentatio nuncupatur. Occurrit enim maſſa reſolvenda ſ. fermenanda & fermentum ſ. immutans, quod ceu nfluum aliquod principium agit in alimenorum particulas ſalinas, ſpirituoſas, terreres &c. illasque commovet, diſſolvit, cum sque motum inſtituit colliſivum.

§. XX.

In hac fermentatione alimentorum, adem fiunt rariora ac liquidiora, majusque ropterea occupant ſpatium; hinc poſt cium ſumtum, digeſtione incipiente, ut pluimùm ventriculus non nihil ſolet intumeſcere,

ſcere. Ad eandem alimentorum diſſolutio-
nem concurrit ſimul continuò deglutita
ſaliva, quatenùs pars ejus aquea cibos ma-
cerat, ſaliaque in illis latentia diſſolvit, ut
ad fluorem quodammodò diſponantur, quæ
anteà erant ſolida: Particulæ verò humoris
ſalivalis tenues, ſalinæ & ſpirituoſæ liquori
gaſtrico in reſolvendo ſuppetias ferunt. Non
parùm etiam ad fluorem ciborum confert
potus, eſtque in illis animalibus, quæ copioſè
utuntur potu, ſemper chylus fluidior, quàm
in reliquis.

§. XXI.

Ut verò & aqueæ partes & fermentum
ſpirituoſum meliùs agere poſſint, calor re-
quiritur tum ipſius ventriculi, tum viſce-
rum adjacentium, ceu principium valdè et-
iam activum, qui ſimul in cibos tum agit &
fermentum magis acuit atque ad interiora
propellit. Apparet hoc in ſolutionibus, quæ
à Chymicis inſtituuntur; menſtrui enim
ſolventis vires externo igne non parùm au-
gentur. Et hæc ratio eſt, quod à Medicis
feliciter illa, quæ potentiâ actuque ſunt ca-
lida, tam internè, quàm externè in ἀπεψίᾳ
& δυσπεψίᾳ adhibeantur.

§. XXII.

§. XXII.

Concurrit etiam ſimul ventriculi mo-ıs ; ubi enim alimenta in cavitatem ejus ıgeſta ſunt, per fibras ſuas carneas varias ſe ontrahit, & ejus orificia modicè claudunır contractione hác, ut ſuperiùs ingeſtum olum vel hauſtum admittere facilè, & inriùs alimenta liquidiora facta emittere ueat : Et dum ventriculus hoc modo ſe coarctat, atque ulteriùs à reciprocis abominis ac diaphragmatis motibus compriitur, aſſumta à conquaſſatione tali meliùs iſcentur, commoventur, ſubiguntur, ac rmentali gaſtrico liquore imbuuntur, qui hac ventriculi coarctatione ac commoone majori copiâ exprimitur.

DISSERTATIO SECUNDA,

De

HYLI PERFECTIONE IN INTESTINIS, EJUSQVE MOTU.

§. I.



Alimenta in ventriculo reſoluta & probè fermentata, ac vitali charactere imbuta, beneficio motus periſtaltici (qui in vaſorum contractione

consistit) per inferius orificium sive pylorum, secundum naturam modicè clausum vel apertum ad duodenum propelluntur intestinum, in quo à concursu bilis & succii pancreatici novam subeunt mutationem, quæ chylo ultimam inducit perfectionem: Quomodò hæc fiat, non satis constat. *Sylvius* præsupponit effervescentiam, statuitq; bilem ob sal lixiviosum seu alcalico-oleosum, cum succo pancreatico acido in intestino duodeno atque jejuno eodem modo effervescere, ac spiritus urinosi cum acidiss in laboratorijs Chymicis effervescere solent: Verùm ejusmodi effervescentiam in statu naturali procedere in corpore nostro, non satis probatur, nec â recentiorib⁹ admittitur. In statu verò præternaturali nonnunquam fieri talem effervescentiam, non equidem negarem, id quod varij hypochondriorum dolores testantur, humoribus nimirum prædictis præter modum acribus existentibus.

§. II.

Sicuti verò bilis & succus pancreaticus, more reliquorum humorum laudabilium, semper in sanis de sangvine in suis organis secretorijs & colatorijs separantur, ulteri-

usque

usque perficiuntur; ita continuò ope motus peristaltici in intestinorum cavitatem, & quidem in hominibus per unum, in brutis verò per distinctum effunduntur orificium, ut ulteriori elaborationi chyli inserviant: Non enim excrementitij sunt hi liquores, sed in œconomia animali summè necessarij.

§. III.

Bilis ob particulas amaricantes, acres & salino-oleosas, ciborum, licet in ventriculo anteà digestorum, & per pylorum propulsorum, viscosas & crudiores adhuc portiones magis incidit, attenuat atque resolvit, ut eò meliùs particulæ utiles sive chylosæ ab inutilibus, quæ sensim ad intestina crassa, mediante motu peristaltico, ut fæces alvinas constituant, detruduntur, secedere possint; & hic usus bilis primarius esse videtur.

§. IV.

Humorem biliosum virtute resolvendi & incidendi esse præditum, simulque acorem temperandi ob acredinem salino-oleosam, probat ejus amaritudo: Omnia enim amara optimè ab aciditate præservant, quod

apparet in lupulo. Deinde omnia amara in corpus assumta humanum, humores tenaces & phlegmaticos egregiè incidunt atque resolvunt: Amara etiam simul sunt oleosæ conditionis & ad bilis naturam proximè accedunt, hinc olea aromatica acria in corpore nostro corrigunt & infringunt quodvis acidum morbosum. Excellenti virtute incidendi & rarefaciendi bilem esse prædictam, pictoribus quoque notum est, qui eam propterea coloribus addunt, ut eò meliùs commisceri queant. Examinationes Chymicas humoris biliosi lubens prætereo, siquidem à productis Chymicis ad contenta naturalia non concludendum, sed tantùm ad illorum potentias & habitudines argumentum est, vid. *Colleg. Chym. D. Crameri, Dissert. II. Cap. 3. §. 5.*

§. V.

Commemoratum bilis usum genuinum esse, ulteriùs probat experimentum olim in nostra Academia in cane mediocris staturæ factum, *in quo, aperto hypochondrio dextro, vesicula fellis hamulo leniter protrahebatur, quæ, suppositâ spongiâ forfice incidebatur, ne quicquam biliosi liquoris in superficiem*

ficiem hepatis aut cavitatem abdominis de-
lueret, deindè exinanita cultello artificiosè
resecabatur; post hæc balsamo vulnerario
hepati applicato, abdomineque rursus
onsuto, cura valetudinis illius habebatur, ut
noris est secundum artem. Curato vulnere,
icet canis valdè esset vorax, jusculis etiam
ptimis, alijsque liquidis à me pasceretur,
ta tamen emaciabatur, ut vix ossibus hære-
et, & , mense elapso, utroque oculo occæ-
atus fuerit, superinductâ illis pelliculâ sub-
lbicante: Quæ phænomena à bile cystica
n intestinis deficiente, & chylosi conse-
uenter vitiosa, nutrimentoque ad nutri-
ndum inepto, derivo. Cùm etiam canis
te *non exoneraret alvum, nisi satis vali-*
um ipsi præbuissem purgans, usus bilis secun-
arius, nimirum stimulare intestina crassa
d excrementorum propulsionem & excre-
ionem, quoque innotescit.

§. VI.

Succus etiam pancreaticus copiosè
assæ chylosæ admixtus (qui constitutionem
: temperiem sequitur sangvinis, & in sanis
eviter salsus, ut saliva & liquor gastricus, in
ypochondriacis verò acidus, scorbuticis

manifestè salsus &c. deprehenditur) cum lympha, quam glandulæ intestinales continuò suppeditant, novum menstruum constituit, quod diluendo, resolvendo, extrahendoque, non verò præcipitando, uti *Sylvius* voluit, cùm naturaliter non sit acidum, suum contribuit. Hinc recentiores ultimam chyli elaborationem & perfectionem mediante extractione, ac separationem depurationemque transcolatione per crustam intestinorum spongiosam sive villosam, ceu filtrum, fieri arbitrantur.

§. VII.

Ad hanc chyli perfectionem (sola enim extractio insufficiens est, alioquin chylus ratione assumtorum diversimodè coloratus, non verò albicans, deprehenderetur) concurrunt quoque spiritus, quibus maximum negotium in hac operatione tribuendum, uti superiùs Dissert. 1. §. 5. fuit monitum & §. 18. de ciborum digestione in ventriculo demonstratum: Quodvis enim fermentum seu transmutans conciliabulum & magnetismus est spirituum. Sic ad igneum fermentum alluit spiritus aëreus, sine quo flamma non continuatur, sed ex-

stin-

ſtingvitur; hoc etiam in alijs fermentationibus uſu venit: Quando enim bilis & ſuccus pancreaticus maſſam chyloſam aggrediuntur, in eamque ut anteà dictum, ulteriùs agunt, tunc à motu tali fermentali ſpiritus uterque influus magneticè allicitur ex cruſta inteſtinorum villoſa, qui eſt cauſa primaria chylificationis, & ultimam chylo largitur perfectionem, eundemque aliquo modo reddit ſpirituoſum. Hanc actionem ſpiritualem plurimi Auctorum nuncupant principium vitale; & licet chylificationem per modum extractionis exponant, illud tamen in chylificatione plurimum efficere, ultrò fatentur.

§. IIX.

Chylus itaque perfectè elaboratus, quanquàm à partibus inutilibus & fæculentis non planè liberatus, tamen parùm ſecretus & minimis guttulis ijsdem interfuſus apparet; hinc fluidus ſuâ ſponte, ſubſidentibus nimirum fæcibus gravioribus, ſuperficiem petit, & latera inteſtinorum alluit, qui deinde per cruſtam inteſtinorum ſpongioſam transcolatione, contrahentibus ſeſe inteſtinis, depuratur ab excrementis alvinis,

non aliter,ac tincturæ per filtrum à residuo inutili separantur. Cujus transcolationis beneficio per intestinorum peristroma villosum , in primi generis vasa lactea copiosissima, sed minora secedit, fæcibus spissioribus relictis,quæ deinde , chylo fluido pedetentim subducto, magis magisque incrassantur,donec tandem ad anum per intestina crassa devolvantur & pro arbitrio excernantur.

§. IX.

Ne autem chyli per anum simul aliquid expellatur, provida rerum parens Natura non solùm longam admodùm , ut sui corporis structuram septies ferè superet, intestinorum fistulam constituit, sed etiam tot gytris & anfractibus mesenterio eadem sunt adnexa, varijsque valvulis instructa, quæ sint impedimento, quò minùs contenta regurgitare possint,atque chylus successivè transcoletur ; & quæ portio non in hac intestinorum parte, illa in altera absorbeatur. Motum etiam intestinorum peristalticum non celerem & rapidum , sed blandum atque lentum voluit Natura, ne chylus laudabilis cum fæcibus celeri motu per alvum

vum excernatur, & hinc excretionibus
olestis actiones nostræ interturbentur.

§. X.

Patulæ sunt venæ lacteæ seu hiant in-
testinorum cavitatem ,quod probat com-
essio earundem chylo turgidarum propè
testinum, ubi contentum suum chylosum
uorem per crustam spongiosam in intesti-
refundunt. Chylus autem ingreditur
ificia vasculorum lacteorum, dum quæ-
m intestinorum pars à motu suo contra-
vo remittit, quod quidam recentiorum
servârunt; undique enim coarctatis per
otum peristalticum intestinis, oscula ne-
ssariò occluduntur,ut nihil quicquam,co-
ctatione perdurante, ingredi queat.

§. XI.

A vasis lacteis,obliquè intestinis inser-
, ne in eadem refluere queat, semel re-
ptus chylus, strenuo motu pergit ad me-
nterij glandulas, in primis ad majorem,
ncreas *Asellij* dictum, iter suum prose-
litur: In hisce notabilem alterationem
scipit, illamque non tantùm à lymphæ
uea parte, sed etiam, quod magis consi-
randum, â spiritibus animalibus sive flui-

do nervoſo, per nervos copioſos ad glandu-
las influente, quod fixiores in chylo par-
ticulas volatiliſat, & ad ſangvificationis & nu-
tritionis negotium meliùs præparat atque
diſponit. Ex pancreate *Aſellij* per lactea va-
ſa ſecundi generis pauciora, ſed ampliora
chylus propellitur ad receptaculum com-
mune, in quo cum lympha ex hepate, lie-
ne &c. & inferioribus partibus reflua ite-
rum commiſcetur, ex hoc denuò ut plurr-
mùm per unum, quandoque per duplicem
ductum thoracicum, pergit ad ſubclaviam
venam ſiniſtram: In itinere hoc copioſam
ulteriùs lympham admittit, ex pericardij,
thymi, mammarum &c. lymphaticis vaſis.

§. XII.

Enumeratus hic chyli motus per re-
ſpirationem maximè promovetur; dum e-
nim muſculorum abdominis & diaphrag-
matis motu inteſtina comprimuntur, neceſ-
ſariò ipſorum contenta ulteriùs quâ data
portâ ruunt, motu præſertim inteſtinorum
& vaſorum periſtaltico ſimul operante.
Ultimò quoque valvulæ, quæ in lacteis
communi receptaculo & thoracico ductu
reperiuntur, dū ſemel propulſis guttulis re-
greſſum

essum interdicunt, in adjuvando hoc itire multum contribuunt; item continua teriæ magnæ pulsatio, cui ductus thoracus accumbit. Hæc via communis est, â chylus ad sangvinem & omnes corporis rtes defertur, & ab omnibus approbar: Hypothesis verò de ejus motu ad her per meseraicas venas obsoleta est, nec à centioribus hodiè admittitur.

§. XIII.

Non autem omnem chylum per ves lacteas, ductum thoracicum &c. mori, sed alio etiam modo, quàm per vias anifestas ad corporis partes tendere, pornemque ejus à spiritibus, continuò ad ecifica loca deferri per poros carnis, tunirum, membranarum &c. probabiliter ncludi posse, arbitror cum prædecessore eo D. Cramero, cujus hæc fuit opinio, iam alijs ulteriùs examinandam relinquo: otum enim nostrum corpus juxta *Hippotem* perspirabile est ac transpirabile.

§. XIV.

Hanc viam probare videtur urina coosior excreta in potatoribus; fieri enim potest, ut ista aquea materia priùs per

vasa

vaſa lactea ac ductum thoracicum ſangvini infundatur, & per arterias emulgentes renibus communicetur, in ijsque ſecernatur: Undè rectè *Helmontius* inter urinam potus & urinam ſangvinis diſtingvere videtur. Accedit Hiſtoria in *Ephemerid. Germanorum* annotata, ubi quidā cani jamjam excluſuræ catulos exhibuit *crocum*, propter accelerandum partum, in magna doſi, vix elapſis unâ vel alterâ horis, peperit canis catulos croceo colore & odore tinctos. Exinde colligi potest, crocum non priùs ad matris ſangvinem, & demum ad uterum abijſſe, quod tam exiguo temporis ſpatio, vix fieri potuit: ſed chylum medicamentoſum per proximas & immediatas vias ad uterum fuiſſe delatum, ſatis eſt probabile.



DISSER.

DISSERTATIO TERTIA,

De

[SA]NGVINIS MOTU, RESPIRATIONE, [S]PIRITU VITALI, SANGVIFICATIONE & NUTRITIONE.

§. I.



Hylus lymphâ dilutus, & in venam subclaviam delatus, colorem suum ac nomen amittit, dum sangvini confunditur, cum eoque, per [tr]ucum venæ cavæ adscendentem, in [auri]culam cordis dextram delabitur, ut san[gvin]i per truncum venæ cavæ descendentem [a r]amulis minoribus ad majores, & ex par[tibu]s respectu cordis inferioribus ascen[den]ti, unà cum sangvine ex hepate egredi[ent]e, de quo bilis est secreta, in eàdem auri[cula] immisceatur: Ex hoc sangvinis ascen[den]tis & descendentis concursu & miscela [nat]urali, optima oritur ejusdem temperies [a]d ebulliendum s. rarefiendum potentia.

§. II.

Motu itaqua duplici gaudet saugvis in vasis fluctuans, progressivo nimirum, &

& inteſtino ; de hoc in ſequentibus agetur. Progreſſivus autem peragitur beneficio cordis, quod unicè in hunc finem fabrefactum eſſe videtur, & ratione peculiaris ſuæ ſtructuræ, pro muſculo tum à recentioribus, tum ab ipſo *Hippocrate* habetur. Duobus præditum eſt cavitatibus ſeu ventriculis, qui per nervos à pari vago oriundos, fibrarum carnoſarum & ſpiralium ope, duplici modo moventur : Aperiuntur nimirum, ut ſangvinem admittant, in diaſtole, quando mucro à baſi recedit; & coarctantur in ſyſtole, ut eundem propellant, ubi mucro baſi appropinquat. Ut verò cordis motus eò meliùs peragi poſſit, mobile hoc perpetuum capſulæ membraneæ, pericardii propterea dicto, involutum eſt, ex cujus aſpredine glanduloſa, utrique tunicæ intertexta, ſtillat liquor, modicâ irrigatione motum cordis facilitans.

§. III.

Sangvis proinde cum chyloſis & lymphaticis portiunculis in dextra cordis auricula confluens, eandem dilatat, deinde fibræ auriculam contrahentes, illum in dextrum ampliorem & flaccidiorem propellunt

ve

ntriculum. Hic ventriculus partim à ſan-ine, partim verò ab anteà dictis fibris di-atus, beneficio antagoniſtarum fibrarum lumnarumque rurſus contrahitur, ut ſan-is per valvulas ſigmoides, extrorſum ſpe-ntes, (per valvulas enim tricuſpides, in-orſum ſpectantes, regredi nequit) ac arte-m pulmonalem, in varias varificationes viſam, in ipſos deferatur pulmones.

§. IV.

Dati autem ſunt illis animalibus pul-ones, quæ geminum cordis obtinent ven-culum, ut ſangvis ex uno in alterum li-rè commeare queat. Quæ via cum ſit n patens & commoda, mirum eſt, hodiè nnullos eſſe, qui de ſangvinis per cordis ptum denſiſſimum tranſitu cogitent. Ut rem ſangvis liberiùs transgredi poſſit, ad-a eſt pulmonibus dilatatio ab aëre inſpi-o; per arteriæ aſperæ radices ſive bron-ia ingrediente, ſangvinique per vaſorum pillarium tunicam ſimplicem ac poroſam ritum aëreum communicante.

§. V.

Reſpirationis negotium duabus, ſed ntrarijs, abſolvitur actionibus, quas in-

ſpira-

ſpirationem & exſpirationem appellamus. Illa contingit, quando, coſtis ſurſum tracti & diaphragmate deorſum commoto, pectoris cavitas dilatatur, hinc aër corpus noſtrum ambiens, partim ob gravitatem, partim ob vim ſuam elaſticam in atmoſphæra noſtra magis compreſſus, per nares, os, aſperam arteriam & pulmones ingreditur, eosque expandit, quousque thoracis cavitas amplior eſt facta. Non enim à motu pulmonum proprio dependet inſpiratio, sed illi motum ſequuntur thoracis & purè ſe habent paſſivè, expanduntùrque quia implentur. E contrario fit exſpiratio, quando per coſtas contractas & diaphragma ſurſum tractum thorax conſtringitur & pulmones undique comprimuntur, ut aër anteà illapſus denuò exprimatur & expellatur.

§. VI.

Reſpirationis hujus maximus & amplisſimus in œconomia corporis noſtri eſt uſus: Præterquàm enim, quod in homine loquelæ, ſuccioni, cantui, olfactui &c. inſerviat, in pulmonibus auram vitalem largitur ſangvini, unde ebullitio ſive motus inteſtinus à ſpiritu influo æthereo, per vaſorum

rum capillarium venæ ac arteriæ pulmonalis, inter veſiculas ſive cavernulas pulmonales disſeminatorum, ſimplicem & porom tunicam, ſangvini communicato, ac ſa universali, ſpiritus influi immediato hoitio, augetur & vivifica redditur.

§. VII.

Aëris hoc ſale abſumto in loco clauſo, ſſat ſangvinis ebullitio ſive fermentatio & imal moritur; ſale reſtituto, ſubitanea refectio, quod teſtantur experimenta imalculorum vitris incluſorum. Quoad ſentiam motus, conſiſtit fermentatio in ajori minorive ſalis ſpirituoſi elatere ſive onatu expandendi: Spiritus enim univerlis perpetuo motu in ſale univerſali illabir, eâdemque opera expandit atque proellit, non autem niſi in iſta loca, ubi ſimi ſal eſt, ſed minoris elateris, quod ergò vadiori facilè locum concedit.

§. IIX.

Sangvinem in pulmonibus notabiliter teratum, ebullientem ac vitali aurâ imutum, ex vaſis capillaribus arteriæ pulmoalis, per varias anaſtomoſes, vaſa capillaa venæ pulmonalis recipiunt, & ad cordis

auriculam ſiniſtram revehunt : Auri-
cula hæc à ſangvine affluente & ebullien-
expanſa, rurſus ſe contrahit, ſangvinemqu-
per binas valvulas mitrales, intrò ſpectan-
tes, in ſiniſtrum cordis ventriculum propel-
lit. Sangvis in hunc ventriculum della-
tus, ſpiritu vitali luminoſo [partim ex ſub-
tilioribus & magis ſpirituoſis alimentorum
particulis; partim verò ex ſpiritu aſtrali æ-
thereo continuò enutrito & reſtituto] dives
ac ebulliens, dum cor ſeſe contrahit, per
valvulas ſemilunares, truncumque arteri-
aortæ ſive magnæ deſcendentem ac aſcen-
dentem, ex vaſis majoribus ad minora &
capillaria, omnesque & ſingulas partes de-
fertur, ut inſitus ſpiritus ſive principium
vitale foveatur, ſuſtentetur ac exſuſcitetu
ſpiritu influente vitali luminoſo.

§. IX.

Neceſſe eſt, ut quædam in theſi pro-
poſita probentur, ubi dixi, ſpiritum vita-
lem eſſe luminoſum; ſiquidem omnes ſpi-
ritus ſunt luminoſi, & quot ſunt ſpiritus
tot etiam luces, id quod omnium rerum
ſpecifica indoles, imago ſive forma indicat.
Quod autem non omnes ſpiritus oculis u-
ſurpare

rpare possimus, non inde dependet, quod on sint lucidi, sed quod isti luci capiendæ ostrum sensorium sit indispositum: Non nim omnes lucis species oculis patent. Sic men in nocte non videmus, vident tamen octuæ, feles, canes, equi &c. Sic dantur omines, qui ad lumen candelæ, non verò lis cœcutiunt, vid. *Colleg. Chym. D. Crameri, issert. I. Cap. 2. §. 1. & sequentibus.*

§. X.

Quamdiu hæc vitalis aura, spiritusque talis luminosus vegetus & præsens est in orpore humano, præsentes & in vigo- sunt constitutæ omnes actiones vitales: urâ verò hâc vitali deficiente, deficiunt nctiones commemoratæ. Suspensis pro- ereà in momento, perit omnis cerebri fa- ltas, ob interceptum spiritum vitalem minosum. Lux cum vitali defertur spi- tu, verba sunt *Helmont. Tract. Blas huma- m*; lux debet esse continua sibi, cum sit cis proprium, aliàs exstingvitur. Dis- ntinuitas luminis in causa est, quod uno omento omnis pereat cerebri vis: Hacte- is *Helmontius*. Sic syncope sive animi de- quio majore correpti, in momento pallidi

& frigidi mortuorum adinſtar jacent, ob luminoſum ſpiritum vitalem denegatum. Moribundorum oculi apparent cornei & tenebricoſi, ob luminis defectum. Ex hisce & ſimilibus apparet, cordialia ſive corroborantia medicamenta, fixiora & ſolidiora nihil aliud eſſe, quàm corpora, in quibus ſpiritus luminoſi ſunt concentrati, id quod apparet in margaritis & lapidibus pretioſis.

§. XI.

Sed ut ad motum ſangvinis revertar, monendum, ſangvinem cum impetu per arterias, venis multò anguſtiores, propelli atque protrudi ad vaſa capillaria, propterea eà ſemper in arterijs, quoties cordis fit contractio, pulſus obſervatur. Sangvis è contrario effœtus, â quo ſpiritus vitalis portio in partibus diſceſſit, partim per fibras carneas ſive ductus veſiculares, ut *Job. Mayow* loquitur; partim verò per arteriolarum capillares anaſtomoſes, in venas recipitur capillares, atque motu non violento, ſed tardiori, ope venarum contractivi, & muſculorum presſivi motus, ex venulis minoribus ſenſim per majores & maximas, demum ad

er atque ex hujus ventriculo dextro ad ulmones defertur , ut de novo aurâ vitali ccendatur , flammamque vitalem concitat , qui ſangvinis motus per arterias ad rtes, ex extremitatibus verò per venas ad r, Medicis hodiè circulatio nuncupatur.

§. XII.

Sangvinem liquorem eſſe ex varijs contum particulis, v. g. oleoſis, ſalſis, ama-, acidis , inſipidis, dulcibus, aqueis & rreſtribus, eſt inconfeſſo : In utriusque tem ſangvinis concurrentis miſcela & conrſu , de quo ſuperiùs §. 1. actum, lymaticæ & ſeroſæ particulæ temperant ſal & quasvis acres , quod idem præſtant yli gelatinoſæ. Acres rurſus exſuſcitant coſas, inſipidas & gelatinoſas; oleoſæ palum præbent flammæ vitali : Subſalſæ & rituoſæ ad ebulliendum ſunt paratisſimæ, rmentumque internum ſangvinis conſtiunt ſpecificum, ut nihil ampliùs deſiderapoſſit, quàm fermentum univerſale, niminn ſpiritus aſtralis æthereus.

§. XIII.

Hinc Sangvificatio fit transmutatione yli, & quidem ſpecificâ , quæ præſuppo-

 nit

nit motum quendam, iſtiusque motus au-torem univerſalem, [qui eſt ſpiritus modò dictus æthereus, per ſal univerſale aëreum mediante reſpiratione in maſſam ſangvine-am benè diſpoſitam influens] & ſpecificum nimirum ſpiritum vitalem luminoſum, & ſalſedinem ſangvinis blandam, ceu ſal Na-turæ gratisſimum, in quæ ſpiritus æthereu agit, eaque commovet & cum illis motum facit colliſivum.

§. XIV.

Ratione hujus ſpiritus vitalis tempe-ratisſimi, particularum anteà adductarum liquorumque ex varijs partibus lymphati-corum confluentium M. S. benè eſt diſpo-ſita, & naturali gaudet temperie: *Ineſt* enim *in homine* juxta *Hippocr.* Lib. de priſc. Me-dicina *& amarum & ſalſum, & dulce & a-cidum, & acerbum & fluidum, & alia infi-nita, omnigenas facultates habentia: Atqui hæc quidem mixta & inter ſe temperata, ne-que conſpicua ſunt, neque hominem lædunt. Ubi verò quid horum ſecretum fuerit, tum & conſpicuum eſt & hominem lædit:* Mani-feſta propterea acredo in ſangvine humano ſive ſit ſalſa, ſive acida, ſive bilioſa, ſemper eſt præternaturalis.

§. XV.

§. XV.

Veteres ſangvificationis officinam hepar eſſe dixerunt, ſed cum chylus ad iſtud viſcus non deferatur, ſpontè ruit iſta ſententia. Ex recentioribus quidem *Hornius* huic opinioni adſtipulari videtur, cùm non in venis lacteis ſolùm, ſed etiam in meſentericis liquorum lacteum reperiri, hepatique advehi ſtatuat, quod tamen à veritate eſt alienum. Secundum *Harvæum* ſangvificationis opus cordi potiùs adſcribendum erit. Exiſtimat enim ille, reſidere in corde ſpiritum quendam, qui chylo advenienti ſangvinis characterem imprimat, ſed hîc ſpiritus in corde reſidens non ita eſt conſpicuus, nec opus eſt, ut ad cor omnis alluens chylus, in perfectum ſangvinem transmutetur, ſed ſuccus chyloſus & gelatinoſus, pro partium ſolidarum nutritione, ſemper in ſangvine præſtò eſſe debet. Sic etiam cadit *Sylviana* in ventriculo cordis dextro ſangvinis efferveſcentia, cùm ex inferioribus partibus aſcendens, non ſit novâ bile imprægnatus, ut Sylvius arbitratur, ſed potiùs illâ orbatus, (ut poſteà dicetur) nec deſcen-

 dens

dens sangvis lymphaticus & chylosus naturaliter ullâ gaudeat aciditate.

§. XVI.

Sangvinis potiùs motui tum locali sive circulari, tum fermentativo sive rarefactivo, sangvificatio erit adscribenda: In hisce enim, variaque per partes conquassatione, chyli ex ductu thoracico in venam subclaviam infusi, purior & oleosa pars mutatur in sanguinem purpureum & propriè dictum, & quidem, si chylus benè fuit elaboratus, in laudabilem, sin minus, tota massa sanguinea evadit morbosa. Hæc autem chyli in sanguinem transmutatio non celeris & momentanea est, ut *Harvæus* & *Sylvius* voluerunt, sed lento contingit modo, ac chylus diversimodè cum sanguine per corpus circulatur, continuatæque subjicitur sanguinis fermentationi, antequàm in sanguinem laudabilem abeat, quod experimentum *Lövveri* clarum reddit. Refert enim laudatus *Auctor Tr. de Corde*, se juniori cani lac copiosum præbuisse, canemque lacte benè saturatum sibi reliquisse, quinque vel sex horis elapsis, ubi chyli facta fuit distributio, venam in hoc martyre Anatomico

-mico aperuisse, ut omnis ferè sanguis ef-
-uxerit, chylumque albicantem ac crudum
-nguini innatâsse, certo argumento, chy-
-m non uno impetu;sed lentè & pedeten-
-m in sanguinem transmutari,aut in nutri-
-one consumi.

§. XVII.

Cùm itaque fluctuantem in vasis suis
-nguineam massam, quoad partes magis
-anifestas & conspicuas, seroso-gelatino-
-rubicundus liquor constituat, ulteriùs
-squirendum, quomodò conservare illum
- augere possit chylus. Ita chylum ex par-
-bus pinguibus sive oleosis, gelatinosis &
-arum vectoribus aqueis & spirituosis con-
-are, asserunt ferè omnes: Unde oleosas
- pingues puriores, quæ in nutritione par-
-um pinguedinosarum non absumuntur,
-urpuram induere, sanguinemque propriè
-ictum constituere, gelatinosas verò in mu-
-laginem vitalem transire, h. e. solidas
-artes nutrire, & aqueis serosas, & ex hisce
-uabus junctis lympham vitalem,in suis or-
-anis secretorijs deinde secernendam, re-
-aurari, erit asserendum. Spirituosæ &
-btiliores chyli particulæ,quod addendum,

vitalem ſpiritum ſimul reſtituunt, quod in ſequentibus fuſiùs exponetur.

§. XIIX.

Quantum igitur ad purpuram ejus ſive ſanguinem propriè dictum attinet, reſtaurari illum aſſerui ex purioribus & nobilioribus liquoris chyloſi particulis, â ſanguinis motu rarefactivo reſolutis atque exaltatis; & ita alio modo receptum lumen reflectentibus. Ex Chymicis etiam conſtat, ſulphureos liquores ſolâ digeſtione, vel reſolvente ſale accedente, in rubicundos transmutari; quod clarum evadit in lacte vaccino ſale tartari digeſto, vid. *Elsholt. Deſtill. curioſa Cap. 2.* Cùm verò ſanguinis iſte rarefactivus motus, & inde oriundus digeſtivus calor, â præſuppoſitis aura ſive ſpiritu vitali, & ſale ſanguinis balſamico, totam internè maſſam exagitantibus, dependeat: horumque vis elaſtica, ab admisſis intra pulmones novis in ſui ſulphuris penetralia æthereis ſubſidijs, continuò reſarciatur: acceptæ in illis ſpumoſioris conſiſtentiæ & floridioris purpurei coloris, quibus arterioſus ſanguis ſuperbit præ venoſo, ratio facil. conſtat.

§. XIX.

§. XIX.

Lympham ſive ſeroſo-gelatinoſam ſanguinis partem , ex aqueis & mucilaginoſis chyli moleculis augeri , anteà dictum. Qua in actione rarefactivo ſanguinis motui & digeſtivo calori , arctiori tranſitui per pulmones & cordis ac arteriarum conquaſſativo motui multum tribui poteſt. Cùm enim aqueæ ſubtili & mucaginoſo-gelatinoſæ , ceu partibus chyli eſſentialibus & magis conſpicuis , plures quoque aliæ & heterogeneæ ,v. g. aquoſæ, ſalſæ,terreſtres, amaricantes &c. ſint immixtæ , vix aptiore modo uniri poſſunt homogeneæ, & ſeparari heterogeneæ , quàm ſub diviſione & rarefactione partium chyli unà cum ſanguine in pulmonibus, motuque cordis & arteriarum conquaſſativo & digeſtivo ſanguinis calore.

§. XX.

Sic motu per pulmones diviſus & reſolutus chylus in partes minores , & commixtus cum ſangvine maſſa , continuatâ cordis & ejus appendicum arteriarum ſyſtole & diaſtole , modò dilatatur , modò comprimitur, & ad vaſorum parietes alliditur,

donec repetitis circulationibus, gelatinosa partes cum vitali sanguinis gelatina, qua partes solidæ omnes nutriuntur, coëant magis, & in similis massæ figuram tandem convertantur; aquosiores autem cum alijs heterogeneis aliquo modo distinctæ, facilè separabiles existant, quævis suis excretorijs organis vel vaporetenùs, vel sub spisſioris substantiæ specie succesſivè secernendæ, ac demum è corpore eliminandæ, ut illud levamen inde obtineat.

§. XXI.

Hæc dum ita peraguntur, particulæ chyli subtilisſimæ, tenuisſimæ atque spirituosæ, quod non omittendum, unâ cum spiritu æthereo, continuâ respiratione intra pulmones sanguini nostro communicato, cum spiritu vitali conjunguntur, ab eo specificam induunt texturam, & in eandem cum ipso abeunt substantiam: Hic enim, cum singulis momentis de substantia sua aliquid deperdat, continuâ nutritione & restauratione opus habet, (vid. *Instit. reform. Lib. I. Cap. 1. §. 6. & Cap. 5. §. 4.*) ut insitum in partibus sive principium vitale exsuscitare, & in vigore suo conservare posſit.

§. XXII.

§. XXII.

Sanguis igitur arteriosus, dum ad o-
nia viscera, omnesque & singulas corpo-
s partes motu circulari defertur, spiritum
talem luminosum, & alimentum chylo-
m gelatinoso-viscosum illis simul advehit
que adducit, (chyli enim transitus ad par-
s in forma roris vel vaporis, de quo §. 13.
issert. II. mentio facta, adhuc est obscu-
s atque dubius) ex quo singulorum visce-
m, partiumque archeus sive insitus Spiri-
s [qui per totum vitæ cursum corpus gu-
rnat, imò essentia potentiæ vitalis existit,
potè omnibus partibus in generatione im-
antatus; in operatione verò dependet à
nuissimo Sanguinis Spiritu vitali lumino-
, animalique adhuc subtiliore per nervos
fluente] quicquid secundum partis suæ
nditionem sibi affine est, in nutritionem
augmentationem assumit, illudque in ossa,
rnem, membranas &c. convertit atque
nsmutat: In hisce enim terminis opus
tritionis consistere videtur, ita tamen,
ut fiat appositione nutrimenti solidis
partibus per minimas particulas.

DISSERTATIO QVARTA,

De

DIVERSORUM HUMORUM EX SANGVINE SECRETIONE.

§. I.



Vædam nunc de hepatis structura & usu sunt adducenda: est verò hepar inter viscera maximum, corpus totum glandulosum, quod per microscopium primùm observavit *Malpighius* de genere glandularum conglomeratarum invicem non modo continuo, sed contiguo, connexarum: Minores enim glandulæ ac acini majores connectunt atq; componunt, & hi substantiale parenchyma hepatis constituunt, & nisi esset harum glandularum acinosarum firma connexio, hepar in ingentes fissurás dehisceret, id quod post mortem interdum observatur in ijs, qui hepatis affectu laborârunt, eoque sunt dec mortui.

§. II.

Quemadmodùm omnes glandulæ liquorem peculiarem de sanguine separant, ultee

lteriùsque perficiunt; ita & hepatis glan-
ulæ peculiarem ejusmodi & ſpecificum hu-
orem producunt, qui ex ſenſorio per gu-
um cognoſcitur, quod ſit amarus & bilis
uncupatur: Si autem hæc à ſanguine tan-
nàm per cribrum, ſecundum recentiores
ntùm ſecerneretur in hepate, in ſanguine
teà formaliter exiſteret, & amaricantem
eret ſaporem, qui autem in nullius ani-
alis ſanguine naturaliter obſervatur. Hinc
dicare fas eſt, absque immutatione ean-
m non produci, & indolem ſuam forma-
n in glandulis demum hepatis adipiſci.

§. III.

Bilis alia eſt cyſtica, alia hepatica; cy-
ca in folliculo felleo colligitur, & ad tem-
s aſſervatur, ad majorem acquirendam a-
moniam: Hepatica verò per ductum he-
ticum immediate ad inteſtina continuò
ſcendit. Quæſtio hinc oriri poteſt, quæ-
m bilis ſit prior, num hepatica, an verò
tica? Reſpondetur cum veteribus, hepa-
am eſſe priorem, cùm & illa in veſiculam
cendat biliariam. Sylvius contrariam
ens ſententiam, ſtatuit bilem cyſticam
priorem hepaticâ, & habere vim ſui

multi-

multiplicandi , i. e. generari bilem ex ſan-
guinis per arterias cyſticas , ad folliculum
felleum delati , partibus, ſibi maximè ſimi-
libus , & per ejusdem tunicæ poros in cavi-
tatem ipſam ſenſim penetrantibus , atque
ibidem mox in eandem , cum reliqua bile
naturam abeuntibus , eodem modo , ſicut
portio quædam vini in aceti dolium infuſa
mox convertitur in acetum. Sed varia
experimenta & exempla de veſiculæ felleæ
exſectione & ablatione , ubi tamen bilis ad
inteſtinum duodenum fuit delata, probant
fel non in veſicula,ſed in ipſis potiùs glan-
dulis hepatis generari.

§. IV.

Quæritur autem,quænam proxima bi-
lis ſit materia: Veteres ſine ullo fundamen-
to aſſeruerunt , illam elaborari ex ſanguinis
particulis excrementitijs, ignorantes, partes
corporis humani omnes & ſingulas nutriri
chylo, atque omnes de ſanguine prodeuntes
humores , pro materia chylum agnoſcere.
Secundum recentiores potiùs proximam
bilis materiam conſtituunt moleculæ chyli
ſalino-ſulphureæ ſive oleoſæ , quæ de ſan-
guine in hepate ſecernuntur per acinos glan-
dul[...]

alosos secundum ductuum ac tubulorum andulosorum conformitatem, atque ulteiùs ab hepatis insito spiritu immutantur & rficiuntur, ut legitimam bilem constiant.

§. V.

Generatio bilis sequentem in modum ri videtur: Particulæ chyli salino-sulphureæ s. oleosæ, quæ biliosæ nuncupari ssunt, de sanguine venoso, per venam rtæ ad hepar delato, à glandulis hepaticis spiritum symbolicum & tubulorũ conformtatem assumuntur, ulteriùs immutantur, characterem bilis nanciscantur. Ad quam is elaborationem uterque spiritus influus, imalis nimirum, per nervum ab intercolibus hepar ingredientem, & vitalis, per eriæ cœliacæ ramulum influens, simul ncurrit, ut actio spirituum sit completa. ioniam autem ramulus arteriæ cœliacæ lior est, ut sufficientem chyli quantitan cum sangvine ad hepar adducere queat, us acres & biliosæ particulæ pro felle ficere possunt, rectè hodiè statuitur, bin de venoso potiùs sangvine in hepate arari. Accedunt experimenta, docentia,

constrictâ & ligatâ arteriâ, bilem nihilominùs fuisse in hepate secretam atque productam.

§. VI.

Bilis itaque in hepatis parenchymate secretæ & elaboratæ portio, per ductum hepaticum, in varios ramulos, acinorum glandulosorum quosdam ingredientes, divisum descendit, & per communem meatum choledochum s. biliarium fluit ad intestinum duodenum, pro destinata in illo functione. Portio alia per peculiares ductus ex acinis glandulosis ad vesiculam defertur biliariam, ut in illa per tempus aliquod subsistens, majorem acquirat acrimoniam ad alimentorum in ventriculo digestorum ulteriorem in intestinis resolutionem necessariam; hepatica enim mitior est, quàm ut dictæ resolutioni sola sufficere possit, vid. superiùs *Dissert.* 2. §. 5.

§. VII.

Vena portæ fluctuantem in se sanguineam massam, de qua bilis est separanda, ad acinos glandulosos vehens, in infinitas dividitur ramificationes, ita, ut ex extremitatibus decidant particulæ biliosæ in glandularum

um tubulos, cum hisce conformes. San-
s autem per acinos bile orbatus, à mul-
ac immerabilibus rami venæ cavæ propa-
ibus, itidem in hepatis glandulis termi-
ntibus, excipitur, ulteriusque ex ramulis
noribus tendit ad majores, sicque per
ncum venæ cavæ descendentem, cordis
riculæ dextræ infunditur. Dixi sangui-
m bile orbatum; dissentio enim à *Sylvio*,
tuente, bilem rursus sanguini admisceri,
uidem Natura hoc modo actum ageret.

§. VIII.

Hepatis commemoratam functionem
uvare videtur lien, de cujus usu nonnul-
veniunt consideranda. Experientia pro-
t, quod succus s. liquor quidam lympha-
us in liene de sanguine separetur, in eo-
e ratione peculiaris structuræ ulteriùs
rficiatur. Anatome hîc omne fert pun-
um; cum sanguinea enim massa gelati-
so-serosas s. lymphaticas particulas, in li-
e separandas, copiosissimæ & ferè sex-
ntæ advehunt arteriolæ, totumque lienis
renchyma ex minutissimis constat vesicu-
, glandulisque pro separatione lymphatici
uoris.

§. IX.

Liquor hic lienis lymphaticus non ... atra bilis veterum, sed s. n. blandè salsus ... ſtar ſucci pancreatici, fermenti ventriculi & ... ſpirituoſus tamen, ut ad ſanguinis craſi... naturalem, & ejus motum internum ... ſummè neceſſarius. Ut autem laudatus ... quor lymphaticus in ſanis ac benè conſtit... tis eſt blandus ac Naturæ amicus, ſimulq... ſpirituoſus, quod nervi, arteriæque copi... ſiſſimæ, ad ſplenem decurrentes, ſpiritu... que illuc advehentes, abundè probant; ... tamen p. n. nimis ſalſus fieri in ſcorbutic... & hypochondriacis aceſcere poteſt: Et... ſimul in motu impeditur, ut quantitat... peccet, tumor lienis cum ingentibus exo... tur doloribus. Hujus affectus exempla a... quot recenſentur in *Ephemeridibus Germa... norum*. *Walæus* etiam in liene cadaver... poſt mortem talem deprehendit acorem... cujus mentionem facit in epiſtola quadam... ad *Bartholinum* ſcripta.

§. X.

Unde originem ducat hic liquor, no... indiget magnâ diſquiſitione & ex recenſit... non obſcurè eluceſcit. *Malpighius* ocul...

tis

imus Anatomicus atteſtatur, per micro-
pium ſe vidiſſe in lienis parenchymate
ndulas racemoſas: Jam verò notum eſt,
nes glandulas operam navare in ſeparan-
ac præparando peculiari humore, hinc
ndulæ ſpleneticæ id itidem præſtant mo-
ſequenti. Particulæ chyli gelatinoſo-
ſæ, cum ſanguine illuc advectæ, quæ
dularum racemoſarum meatui & tubu-
unt conformes, de ſanguine arterioſo
rantur, per glandulas transcolantur, ul-
usque in iis perficiuntur; cui negotio
l copioſisſimi ſpiritus tum animales
nervos, tum vitales per arterias influen-
um ſpiritu inſito ſ. principio vitali in-
unt.

§. XI.

Quoniam autem nulli aperti ductus,
er lymphaticos, in liene reperiuntur,
endum erit, liquorem ſecretum per
e, nec ullam aliam viam, receptaculo
i communi cum lympha hepatica in-
li, quod in confeſſo eſt apud omnes re-
iores, ut ſanguineæ maſſæ craſin & na-
lem conſtitutionem ſimul conſervet:
m huuc eſſe genuinum ſplenetici liquo-

 ris,

ris, conſtat ex eo, quod canis ſectione lie[illegible] orbatus ita tabe conſumatur, ut vix oſſib[illegible] hæreat, quod aliquoties experientiâ co[illegible] probatum.

§. XII.

Quæritur autem, quæ nam ſit ratio, qu[illegible] copioſiſſimæ & fermè ſexcentæ arterio[illegible] quod *Hornius* & *Williſius* obſervârunt, ſ[illegible] guinem in lienem deponant, pauciſſi[illegible] verò venæ eundem rurſus evehant? [illegible] ſpondetur, ut lymphaticæ moleculæ de ſ[illegible] guine arterioſo eò meliùs ſeparentur: [illegible] ſanguis ex copioſiſſimis arteriolis in ca[illegible] nulas ſ. veſiculas delabens, in minimas [illegible] ſcerpatur & reſolvatur particulas, ſicq[illegible] lymphæ privatione & in minimas partic[illegible] attenuatione, præparetur & diſponatu[illegible] faciliorem deinde in hepate bilis ſepara[illegible] nem: Hinc non incommodè lien vicar[illegible] hepatis poteſt nuncupari. Obſervâ[illegible] enim Anatomicorum quidam in cada[illegible] bus, hepate magno exiſtente, lienem fi[illegible] minorem, & vice versâ; quæ obſervati[illegible] ſententiam meam confirmant. Nec ali[illegible] etiam ab hac ſententia eſſe videtur *Blan-* *dus*, ubi de lympha agit hepatica, (qu[illegible]

P

eculiaribus ſecernitur glandulis, nullum
m biliariis commercium habentibus) ita
ribens: *Credibile eſt, ſi ſanguis nimiâ
mphæ copiâ ſcateat, eam ab illo debere ſe-
regari, ut nempe bilis ſecretioni eò aptior
vadat.* Venulæ rami ſplenici ſanguinem
oc modo præparatum recipiunt, ut per
unc ac venam portæ ad hepar devehatur,
d. ſuperiùs §. *4. & 6.*

§. XIII.

Sanguinis portio lymphatica, i. e. chy-
oſa ſeroſo-gelatinoſa probè unita, ex vaſis
apillaribus arteriarum per glandulas con-
obatas diverſas ſeparatur, ut lympham
onſtituat, quæ ex ductibus tendens mino-
ibus ad majores, & vel ad receptaculum
hyli commune, vel ipſum thoracicum du-
tum perveniens, rurſus affluit ſanguini, ut
um eodem de novo per corpus circuletur,
anguinemque in juſta & naturali temperie
uoad humiditatem conſervet. Idem ſen-
iendum de lympha, quæ in glandulis pul-
nonum & hepatis magis externis ſecerni-
ur, item quæ ex partium extremis, pericar-
io, omento, utero &c. rurſus affluit ſan-
uini.

§. XIV.

Eadem hæc lymphatica materia, ſecus ſubſalſa & ſpirituoſa per glandulas ſalivales oris, œſophagi, ventriculi & pancreatis, eodem modo de ſangvine ſeparatur, ulteriusque præparatur, ut in ore conſtituat ſalivam, in ventriculo liquorem gaſtricum ſive fermentum; & in pancreate ſuccum pancreaticum. Omnes commemorati humores reſpectu ſanguinis, excrementitii quidem ſunt; reſpectu verò uſus & officii, quod quilibet horum peculiare habet, ſummè ſunt neceſſarii ad œconomiam vitalem conſervandam, ut anteà fuit expoſitum.

§. XV.

Dum hæc in corpore noſtro ita peraguntur, excrementitiæ phlegmaticæ & inutiles chyli ſanguinisque particulæ ſeparantur, non tantùm in interioribus pulmonum glandulis, ſed etiam per faucium tunicam glanduloſam, uvulam & narium membranam, pituitariam hinc dictam, ut tuſſi vel ſcreatu rejiciantur, & ex naribus emungantur: Nihil enim aquoſæ aut pituitoſæ materiæ ex cerebro ad palatū per os cuneiforme, aut nares per os cribriforme tranſire

pot-

ptest, quod *Blancardus* in Anatomia re-
rmata clarè admodùm demonstravit. Sed
uor seroso-lymphaticus, qui in ventri-
lis cerebri observatur, per infundibulum
glandulam pituitariam venis jugularibus
funditur, ut sanguini rursus permisceaur,
uti reliqui lymphatici liquores.

§. XV.

In mulieribus etiam lactantibus chy-
sa materia parùm alterata per mamma-
m glandulas de sangvine separatur, ac in
pulis lacteis per temporis spatium existens,
principio vitali & blando mammarum ca-
re, in genuinum lac convertitur. Pecu-
res ductus & tubuli ex thoracico ductu ad
ammas abeuntes lactisque materiam ad-
centes, qui à quibuspam in scenam pro-
cuntur, nondum ab Anatomicis sunt ap-
obati & satis demonstrati.

§. XVII.

Inutiles etiam atque excrementitii alii
rii humores de sanguine per cribra sepa-
atur, & emunctoria Naturæ è corpore eli-
nantur. Sic aliud serum cum particulis
reo-salinis, per arterias emulgentes re-
nus affluit, in iisque per glandularum tu-

bulos & canaliculos adæquatâ conformatio-
ne & magnitudine formatos, & carunculas
papillares in renum cavitatem, quæ pelvis
Anatomicis nuncupatur, de ſangvine ſepa-
ratur, ut per ureteres ad veſicam tendat, in
ea colligatur & urinam coſtituat.

§. XIIX.

Partem urinæ conſtituere materiam
aqueo-vaporoſam, immediatè ex inteſtinis
ad vaſa urinaria tendentem, ſuperiùs ex eo
probabiliter concluſum fuit; quod brevi
temporis ſpatio potatores immenſum urinæ
aquoſæ quantum poſt potus copioſioris in-
gurgitationem emittant: Hinc *Helmontius*
diſtinguit inter urinam potus & urinam ſan-
guinis. Ut autem urina ad tempus in ve-
ſica aſſervetur, nec involuntariè ſtatim ef-
fluat, appoſitus eſt cervici veſicæ muſculus
orbicularis, ſphincter dictus, orificium veſi-
cæ conſtringens: Veſica autem à copia uri-
næ diſtenſa, demum ſe contrahit atque uri-
nam expellit, cui excretioni inſervit potiſſi-
mum membrana veſicæ fibroſa ſ. muſculoſa
in utroque ſexu. Et quoniam urinæ excre-
tio naturalis ab hominis dependet volun-
tate, actio hæc non eſt naturalis, ſed potius
an

animalis. Similis eſt ratio de fæcum alvinarum excretione.

§. XIX.

Aliud ſerum per arteriarum vaſa capillaria, glandulasque cutaneas & poros cum aliis impuritatibus, i. e. particulis terreo-ſalinis ad cutis ſuperficiem in forma vaporis vel ſudoris ex corpore eliminatur ad ſanguinis depurationem; ita etiam per cutaneos poros diverſæ impuritates inſenſibiliter tranſpirant. Lymphatico-pituitoſa materia per meſentericas arterias ad inteſtina defertur, ubi per miliares glandulas de ſanguine ſeparatur, ut in tenuibus inteſtinis chyli dilutioni & extractioni ſimul inſerviat, craſſa verò lubrica conſervet & pituitam conſtituat inteſtinalem, quæ internam horum ſuperficiem munit atque defendit ab injuria cujusvis acredinis. Hujus etiam humoris ſegregationem ſanguinis inſervire depurationi, docet diarrhoea ſeroſo-pituitoſa critica, in qua materia vitioſa & nimia ſeroſitas acris per haſce & pancreaticas glandulas, ex ſanguine ad cavitatem inteſtinorum derivatur. Deinde etiam, ubi purgatio inſtituitur artificialis, omnis materia

peccans, exceptâ bile, per hasce vias de sanguine sequestratur: Non enim materiæ alicujus secretio de sanguine fieri potest citra structuram glandularum.

§. XX.

Sed quæritur, quid de liquore, qui in renibus succenturiatis (qui capsulæ atrabiliares à quibusdam nuncupantur) secernitur, sit sentiendum? Respondetur non esse humorem melancholicum, utpote qui in statu naturali nunquàm reperitur, &, licet ejusmodi quid post mortem in cadaveribus interdum inveniatur, semper illud contingit præter naturam; nulla enim partium corporis humani ad statum præternaturalem, sed naturalem est exstructa. Rectè itaque à recentioribus, teste experientiâ, statuitur, serum aliquod de sanguine arterioso secerni mediante hâc glandulari structurâ, quod per peculiares aquæ ductus Bilsianos s. lymphaticos, receptaculo chyli communi infunditur ad succum chylosum diluendum.

DISSERTATIO QVINTA,

De

SPIRITUUM ANIMALIUM GENERATIONE, INFLUXU ET USU HORUM GENERALI.

§. I.



Fficina ſpirituum animalium cerebrum eſt cum cerebello, quæ in corticalem & medullarem ſubſtantiam dividuntur: Opus autem non eſt, ut ujus viſceris ſtructura in præſenti ob ocu-s ponatur, omnesque ejus partes recen-antur, cùm ſatis operoſi in eo ſint Anato-ici. Sanguis vitalis per arterias caroti-s & vertebrales ad cerebrum, ejusque ad-tamentum cerebellum delatus, materiam ppeditat pro ſpiritibus animalibus gene-ndis. Spiritus itaque vitalis luminoſus ex teriolarum, cerebrum & cerebellum per-ptantium, tubulis per corticalem & glan-loſam harum ſubſtantiam ſeparatur, & à naliculis medullaris ſubſtantiæ excipitur, teriusque â cerebri principio vitali perfi-

citur,

citur , elaboratur & ſubtiliſatur, qui tunc Medicis animalis nuncupatur. Hic ſpiritus animalis ſubtilisſimus (ſalino-volatilis) ex medullaris cerebri ſubſtantiæ canaliculis, motu tum proprio, tum à mente determinato, per corpus calloſum, ad nervorum, intra cranium ex cerebro excurrentium, paria decem, & per ſpinalem medullam (ſatis craſsâ & firmâ membranâ, quæ à dura matre eſt, circumcinctam , ne ſpirituoſa hæc ſubſtantia facilè exhalare, & evaneſcere posſit) ad reliquos totius corporis nervos , omnesque & ſingulas partes decurrit atque transfertur.

§. II.

Antequam de nervorum officio ſive ſpirituum animalium per hosce influxu ulterius agatur, priùs quid nervi ſint, erit exponendum: Suns verò nervi faſciculi plurimorum tenuium canaliculorum, ex alba medullari cerebri, cerebelli, aut ſpinalis medullæ ſubſtantia progredientium, ſuntque in exortu ſuo molles admodùm, ſed extra craniū prodeuntes ſenſim duriores evadunt: ac minùs fragiles. Hinc nervi illi, quibus per longam viam decurrendum non eſt, ut ca

facti

ctorij, optici, auditorij, nunquàm indu-
scunt: Cæteri verò ulteriùs per totam
rporis texturam & machinam exspatian-
s, mollitiem suam deponunt & majorem
rmitatem acquirunt. Omnes utriusque
eningis membranâ investiuntur, quæ
durandis nervis non parùm contribu-
nt.

§. III.

Non ergò spiritus animales tenuissimi
er manifestam aliquam cavitatem, vel in
inali medulla, vel nervis reperibilem, flu-
nt ad partes in forma nutritij aut lympha-
ci liquoris, cùm spinalis medulla atque
ervi manifestâ ejusmodi cavitate destitu-
ntur, paucissimis exceptis. Accedit experi-
entum *Regneri de Graaf. Tract. de succo
ncreat. Cap. 2. pag. 31.* ubi ne guttulam
quoris nervosi in vitris colligere potuit.
uunt proinde animales spiritus tenuissimi,
btilissimique per porosam & minimis ca-
aliculis præditam spinalem medullam ner-
osque tali medullâ internè donatos ad
artes in forma spirituosi & luminosi cujus-
am vaporis instar spirituum striatorum,
ui in laboratoriis Chymicis, in vasis reci-
pien-

pientibus & alembicis nimirum, oculis u
ſurpantur.

§. IV.

Spiritus animalis aſtralis & æthereæ in
dolis eſt, luminoſus, activus, in ſe quidem
indeterminatus, omnium tamen forma
rum, idearum, imaginum, virtutum ſuſci
piendarum capax; vim ſentiendi & movern
di ipſe ſolitarius non exercet: Et hæc e
ratio, quod cerebrum iſtis ſpiritibus ditiiſ
ſimum, ferè indolens ſit, & quod parte
corporis noſtri, arterioſo ſpiritu excluſ
ſalvis etiam nervis, nihilominus ſenſu & mo
tu è veſtigio defraudentur.

§. V.

Ut autem principium actionum ſit com
pletum, ſpiritus arterioſus vitalis neceſſari
ſuas operas jungere tenetur. Hic mediu
eſt & quaſi mediator inter animalem & na
turalem ſive inſitum ſpiritum, motu fe
mentativo vitali, indeque calore ſibi dome
ſtico rarefactivo & hinc menſtruali gaude
in quo nimirum ſanguinis arterioſi prima
rium officium conſiſtere videtur, ut conge
lati & aliquo modo torpidi inſiti ſpiritu
foveantur, rarefiant, reſolvantur & idon

eva

vadant, qui cum ſpiritu animali quaſi col-
quari,& cum ſuis potentiis in actum trans-
rri queant.

§. VI.

Spiritus enim inſitus virtutibus ſpecifi-
s & variis dotibus quidem nobilitatus, aſt
penitioribus partium corporis penetra-
bus abſconditus & quaſi ſepultus eſt, cujus
otentiarum theſaurus reconditus,non niſi
ſpiritu arterioſo recludi,& â ſpiritu anima-
in actum deduci poteſt. Utriusque ergò
iritus, & influi & inſiti, unus eſt conſym-
oliſmus & mutuus amor, inde mutuas in
invicem poſcunt operas & amicè conju-
nt. Dum autem ita ſeſe conſerunt, colli-
untque, nova, ſed vitali ſangvineâ longè
blimior, archealis nimirum fermentatio
oritur, & vividum lumen, vivis ideis ope-
tricibus, ex ſpiritu inſito transumtis, de-
ctum exſplendeſcit; cujus favore omnes
rporis noſtri operationes in ſummo flore
que vigore conſtituuntur.

§. VII.

Ex cerebri parte inferiore ſive ſpinalis
edullæ principio adhuc intra cranium, ſe-
ndum veteres ſeptem paria ſ. conjugatio-

E nes

nes nervorum excurrunt, quas *Riolanu* duobus comprehendit hexametris ſequen-tibus:

Optica prima, oculos movet altera, ter-tia guſtat
Quartaque, quinta audit, ſexta eſt va-ga, ſeptima linguæ.

Verùm horum nervorum è cerebro oriun-dorum â recentioribus paria numerantur decem, inter quos olfactorii, qui vulgò pro-ceſſus mammillares dicuntur, agmen du-cunt. Hi nervi è cruribus oblongatæ me-dullæ inter corpora ſtriata & thalamos ner-vorum opticorum proficiſcuntur, cavitate-que manifeſtâ præditi, utrinque ponè ea-dem corpora ſtriata in priorem cerebri ven-triculum dehiſcunt &c. Pluribus horum deſcriptionem vid. apud *Blancard. in Ana-tom. Reform. p.*157.*& ſeq.* ubi etiam ratio-nem addit cavitatis & liquoris in illa con-tenti. Ex hiſce nervis ſubtiles propagines per foraminula oſſis cribriformis ad tunicas narium diſſeminantur, pro ſpiritibus ani-malibus devehendis, quò illæ admodùm ſenſiles continuò exiſtant.

§. III.

§. IIX.

Optici nervi, ſecundam conjugatio-
m conſtituentes, in oculorum orbitas de-
runtur, &fibris diffuſis tunicam ſcleroti-
m efformant; ad oculos illorumque hu-
ores ſpiritus deducunt viſivos luminoſos.
culum motorii tertii paris, oculum ſenſi-
n & mobilem reddunt : Ingrediuntur
im oculorum muſculos, excepto troch-
ari, in iisque variis ramificationibus divi-
ntur. Quartæ conjugationis pathetici
cti, muſculo oculorum trochleali inſerun-
r, ut ille ſecundum mores & effectus ani-
alium oculos obliquè moveat pro vultu
ari, torvo, iracundo &c. *Cuncta anima-
perfecta,* inquit Blancardus, *huice nervu-
ſunt prædita, cùm nullum ex iis non iræ,
ori, odio, aliisque affectibus obnoxium
erit ; ita perturbationes iſtas mero ad-
ctu, ipſoque oculorum geſtu animalcula
ævis produnt.* Eſt verò muſculorum mo-
s proprius contractio & quatenùs nunc
, nunc ille muſculus contrahitur & ab-
eviatur, diverſimodè oculus commove-
r.

§. IX.

Quinti ac ſexti (ſecundum veteres te[r]tii ac quarti) paris nervi, guſtatorii vulg[o] appellantur; non autem ad linguæ parti[m] fibroſam, partim glanduloſam ſolùm abeu[nt] ſubſtantiam, eoque ſpiritus animales pro [re]cipiendis ac dignoſcendis ſaporibus tantù[m] adducunt; ſed variis etiam aliis partibus i[n]feruntur, in quibus nunc ſenſus, nunc ve[rò] motus munia ſubeunt. Prioris enim co[n]jugationis ſurculi juxta linguam in labii[s,] gingivis, extremo palato, dentium radic[i]bus &c. diſtribuuntur; poſterioris prop[a]gines partim cum prioris ramulis, partim cum oculorum nervulis motoriis commu[ni]nicant, ut vix quicquam de hiſce nervis a[d] linguam abeat.

§. X.

Septimum nervorum par eſt auditc[o]rium; reverâ autem duo diſtincti nervi eſ[ſe] videntur, ſiquidem origines aliquo mo[do] diſtinctas habent, & ad organa diverſa defe[]runtur: Alter enim mollior, verè audit[o]rius, ad aurium cavitatem ſpiritus acuſtic[os] usque ad tympanum deducit; alter autem & durior muſculis linguæ, faucibus, laryn[]

gi &c.

&c. propagines largitur. Hinc conſen-
s ille inter fauces & aures eſſe videtur, ut,
auris cavitatem internam ſtylo duriùs vel-
emus, fauces afficiantur, tuſſisque ſimul
citetur. Hunc conſenſum ulteriùs con-
mat aquæ ductus ex aure interna ad fau-
um cavitatem abiens, & lympham eò
rivans.

§. XI.

Octavum par nervorum, quod vete-
bus ſextum eſt, vagum vocatur, quoniam
ujus paris nervi per collum deſcendentes,
omnia fermè medii & infimi ventris vi-
era vagabundè excurrunt, illisque ſenſum
motum adferunt, ſpiritus animales ad-
ucendo; conjunguntnr tamen in dictis vi-
eribus cum diverſorum aliorum nervo-
um propaginibus. Per commemoratos
rvos, eorumq; ramulos, ſi explosivo qua-
motu & maximo cum impetu irruant in
cenſita viſcera ſpiritus animales, ſpaſmo-
cè hæc convelluntur, quod ſymptoma in-
ntulis eſt admodùm familiare & noſtra-
bus **die ſchwere Noth im Leibe** nuncu-
atur.

§. XII.

Nonum tandem nervorum par è medulla ſpinali, cranio jam egreſſura, producitur, cæterisque durius per quartum & quintum occipitis foramen delabitur partim in oſſis hyoidis cartilagines, partim in ipſam linguam, ut in hujus muſculis distribuatur. Hoc par nervorum facit potisſimùm, ut lingua ſit mobilis pro ciborum maſticatione ac deglutitione, maximè verò ad vocis & loquelæ formationem.

XIII.

Decimæ conjugationis nervi licet intra cranium cum multis etiam fibris exoriri videantur, tamen illinc in ſpinæ clauſtra oſſea demiſſa, non niſi in primam ac ſecundam vertebram emergentes, extra deferuntur in muſculos intercoſtales. Per colli vertebras quinque nervorum paria excurrunt ad ſcapulas, brachia & manus. Nervorum paria undecim per thoracis vertebras ad muſculos intercoſtales &c. prodeunt. Lumborum nervi per lumbares vertebras ad lumborum partim ac abdominis muſculos, partim ad meſenterium, renes, veſicam, partes genitales &c. abeunt. Per os ſacrum excurrerent

te

s tendunt ad femora, crura & pedes. No-
ndum, quod recenſiti nervi omnes in ex-
rſionibus ſuis cum ſe invicem communi-
ent, & ſurculi horum nervorum aliorum
opaginibus inſerantur; unde maximus
oritur inter omnes totius corporis partes
onſenſus & harmonia. Communis omnium
ervorum uſus eſt, ut ad omnes & ſingulas
orporis partes pro ſenſu & motu deducant
piritus animales; repetantur hîc, quæ ſu-
eriùs §. 4. & ſeq. fuerunt propoſita de ſpi-
ituum completa functione.

DISSERTATIO SEXTA,

De SENSU, MOTU ET LOQUELA.

§. I.

ORdo jam exigit, ut ad ſenſus exponendos me convertam, ſine quibus, uti & motu nullus mortalium vitam integram ac perfectam agere potſt; exercet autem illos anima mediante erebro & hujus producto fluido, ſpiritibus imirum animalibus, per nervos influentius, ita tamen ut ſpiritus ſanguinis arterioſi

vitalis simul accedat, quod probè notandum, & ex anteà propositis satis constat. Communi modo sensus in internos & externos dividuntur; interni species rerum sensibilium tam præsentium, quàm absentium, organis interioribus apprehendunt, judicant & conservant: Tales sunt sensus communis, phantasia s. imaginatio, judicium & memoria. Species enim ab organis sensuum externorum receptæ ad sensorium commune deferuntur, quod secundum recentiores initium oblongatæ medullæ constituit, deinde per corpora striata ad corpus callosum, ubi imaginatio & judicium fieri dicitur; memoriæ verò in corticali substantia sedem esse creditur. Quatenùs autem objecta cognita, prout vel grata vel ingrata sunt, ab anima nostra mediantibus spiritibus animalibus apprehenduntur, eatenùs animi pathemata exoriuntur.

§. II.

Sensus externi percipiunt objecta externa & ad internos mediantibus nervis per spiritus animales transmittunt; vulgò illorum numerantur quinquè: *Olfactus, Gustus, Visus, Auditus atque Tactus*: Cùm au-

tem omnes per tactum peragantur, de
c ceu communi inter externos exordior.
rganon ejus constituunt nervorum pro-
gines & extremitates, per totum corpus
tributæ, extimamque ejus cuticulam ceu
timum terminum attingentes, spiritus-
e animales eò deducentes, ad vitale prin-
pium exsuscitandum, vid. *Dissert. præced.*
6. Quô enim pluribus nervis partes sunt
æditæ, eò magis etiam sunt sensiles; è
ntrario, quæ illis destituuntur, tactu quoq;
rent. Objecta tactus sunt omnia, quæ
remitates nervorum vellicandi & spiritus
mmovendi potentiam obtinent: Quæ
rituum commotiones, cùm per univer-
n corpus, mediantibus nervis & horum
opaginibus maximus sit consensus & har-
onia, velocissimè sensui communi ad di-
licandum, an tactus nimirum gratus vel
atus sit? communicantur.

§. III.

Olfactus sensorium est tunica, internas
es & os cribriforme succingens, nervea,
admodùm sensilis mediantibus olfacto-
nervis, vid. *Dissert. præced.* §. 7. quæ
per humectatur humore aliquomodo

viscoso, per hujus tunicæ proprias glandulas, unde etiam pituitaria vocatur, secreto ut ceu inutile excrementum emungatur: Objectum autem odoratus constituunt effluvia quævis ex rebus, odore præditis, mediante aëre in nares translata, ut tunicæ harum sensili admodùm, vellicationis motum inferant, qui eo momento sensui commun ad dijudicandum offertur: Effluvia hæc haud dubiè minima sunt & pro figurarum diversitate, vel suaveolent vel fœtorem producunt.

§. IV.

De visu controversia moveri solet, an nimirum emissione spiritus luminosi visivi vel receptione specierum visibilium contingat visio? *Petrus Laurenbergius in Introduct. in Anatom. Exercit. 2. Visio*, inquit, *quomodò fiat, disputant Physici, & tres in scenam proferunt Heroas, diversa professione de modo videndi; Platonem per emissionem, Aristotelem per receptionem & Galenum per utrumque: Non fuisset opus, tam horribile divortium facere inter istos Philosophos, cùm nullus à vero recensisse videatur*. Secundum *Grembsium* etiam ex oculis manat lumen

res,quod cum lumine rerum conjunctum cit, ut re ipsâ videamus. Pergunt Autos, varia effluvia exire ex oculis, pro firmo gumento, quod actus viſionis etiam ſit anſiens, atque per emiſſionem ſpirituum ſivorum contingat.

§. V.

Ita mulier fluxu menſium laborans, eculum interdum maculat ac inficit. *Mars Marci â* Kronland/ *in Philoſoph. veter. ſtit.* dicit & ſtatuit, ſagas effluviis ſuis omines poſſe faſcinare: Hoc etiam natule eſt, quod quidam oculis inſtructi ſint alignis, qui naturaliter quaſi faſcinare oſſunt infantulos, animalcula juniora, uti iam vegetabilia, vid. *Borell.Cent.III.obſ.67.* iritus enim minùs robuſtus, qualis eſt in uerulis, animalibus junioribus &c. in obquium facilè deduci poteſt ab oculo magno. Eâdem etiam obſervatione *Borellus* entionem facit ſenis cujusdam, qui brevi mporis ſpatio multa perſpicilla acribus efuviis perforavit & inutilia reddidit.

§. VI.

Conceditur autem hoſce effectus ab efuviis de pendere malignis,non verò â radiis

ſive

ſive ſpiritibus viſivis emiſſis, quod inde
probari non poteſt, ſed opticis fundament
repugnat: Hoc quidem admitti poteſt, quo
abſumantur ſpiritus viſivi in actu videndi
hebetetur propterea interdum viſus, quo
in reliquorum ſenſuum continuò exerciti
etiam obſervamus. Lucubrationes etiam
nocturnæ & vigiliæ continuæ, ubi ſenſu
tam interni, quàm externi in continua ſun
actione, corpus vadè debilitant, uti illu
praxis medica, & experientia quotidiana
ſatis teſtantur. Medicamenta autem è con
trario ſubtilia, balſamica ac ſpirituoſa aſſum
ta, viſum debiliorem acuunt atque corro
borant.

§. VII.

Organon viſus eſt oculus, camera
nempè obſcura naturalis, miro artificio e
ſtructâ; hujus partes, ad viſionem neceſſ
riæ, ſunt tunicæ ſecundum communem ſe
tentiam ſex, nervus opticus & tres humore
aqueus nimirum, vitreus & cryſtallinus
Reliquæ partes, ut tunica adnata, muſcul
nervi motorii, glandulæ atque palpebræ, v
ad motum oculi, vel ad tutelam, vel ad o
natum operam ſuam contribuunt. Ob

jectum

ctum visus est res quæcunque colorata, quæ per medium pellucidum, aërem nimirum radiis solaribus, lunaribusque, aut ignis lumine illuminatum, in oculis repræsentantur, non aliter, quàm imagines cujusvis objecti optici in speculis recipiuntur.

§. VIII.

Recentiores modum visionis per cameram obscuram artificialem demonstant; ut enim in hac objecta influentia per lentem in albicante tabula inversa repræsentantur, atque per speculum suppositum rursus eriguntur; ita in actu videndi, quæ per humorem crystallinum lenticularem ineunt, inversa quidem in retina apparent, verùm per speculum quasi ex humore vitreo & uvea tunica compositum, rursus erecta spiritibus visivis in nervo optico repræsentantur. Quod autem objecta optica non duplicia, sed tantùm simplicia appareant, forsan ex eo est, quod nervi optici intra cranium in unum coëant, & quod oculorum situs sit parallelus, cui oculorum musculi inserviunt, quorum motus in utroque oculo, eodem modo & tempore, ut omnis positus obliquitas evitetur, peragitur.

§. IX.

§. IX.

Senſorium guſtus ſunt nervi per tot linguam diſperſi, qui quoad extremitates ſuas in papillas linguæ deſinunt, quibus innumerabiles intertextæ ſunt fibræ carneæ, quarum ope moleculæ ſapidæ ſalinæ in papillas impelluntur, ut lingua admodùm ſenſilis particulas haſce ſentiat, ab iiſque diverſimodè afficiatur: Et cùm actiones ſpirituum in corpore noſtro ſint velociſſimæ, ſtatim ſaporum qualitates & ideæ ſi ſui communi ad dignoſcendum & dijudicandum offeruntur ac communicantur.

§. X.

Dixi in particulis ſalinis ſaporem conſiſtere, ut quæ objectum ſunt guſtûs excellentius; canon enim Phyſicus eſt, *ubi ſapor ibi ſal eſt*: Et prout cujuslibet materiæ ſal magis concentratum vel diſperſum eſt, eatenùs hæc magis vel minùs ſapida exiſtit. Sic objectum, in quo ſal variè eſt modificatum, aliisque particulis ac amicabilibus qualitatibus ſive ideis temperatum ac dulcificatum, grati admodùm eſt ſaporis. Quod ſi verò noſtris ſpiritibus contrariæ ideæ objectis, licet aliàs ob defectum ſa

ſipidis, ſint impreſſæ, illa nauſeabun-
a, noſtræque naturæ inimica exiſtunt. In
ixatione carnis particulæ ſalinæ inſperſæ
um pinguibus ac oleoſis ita diſponuntur
t temperantur, ut gratisſimus inde nobis ci-
us oriatur. Quatenùs verò hominum ſen-
rium ob varias, easque diverſas aut conge-
itas, aut conceptas ideas eſt conſtitutum;
a hic acidis, ille amaris, alius coctis vel e-
xatis cibis &c. delectatur.

§. XI.

Guſtui etiam multum inſervit, & ad
unc perficiendum maximè neceſſaria eſt
liva, quatenùs ut humidum optimè ſalia
borum disſolvit, quæ non agunt, niſi ſo-
ita. Salia à ſaliva disſoluta atque cum
enetrantisſimo ejus ſale unita, per poros
papillas linguæ ad interiora ejus pene-
ant, & ad ipſum principium vitale deſcen-
unt, pro receptione & cognitione ſapo-
s. Sic externa poroſa & papillaris lingvæ
unica fermè ſenſilis eſt à ſaliva, quod â con-
ario probatur, dum febricitantes, ardore
ſiccitate lingvæ laborantes, utplurimùm
uſtu deſtituuntur.

§. XII.

§. XII.

Organa ad auditum perficiendum nu-
merantur præ alijs quatuor ; meatus nem-
pè auditorius , tympanum , labyrinthus &
cochlea. Per meatum auditorium æther
tenuissimus commotus sive sonorus, qui u-
nicum auditus est objectum, ad tympanum
transit, quod pulsat , simulque intra hoc &
in labyrintho , qui est media auris substan-
tia ossea excavata , ætherem specificum seu
spiritum acusticum inclusum commovet;
in hac tympani & ætheris inclusi commo-
tione, ossicula in aure minutissima , ut mal-
leus , incus & stapes nonnihil simul com-
moventur, nervusque afficitur auditorius,
ut pro varijs recensitarum partium commo-
tionibus , variè sonus in aure percipiatur.
Usus tympani itaque non tantùm est, ab
atmosphæra cavitatem sensorij defendere;
sed ad ipsum auditum etiam modo prædi-
cto suum contribuere : Pellicula autem
hæc madida semper est lymphâ per vicinas
glandulas secreta flavescente, quæ inspissata
cerumen aurium constituit. Concha au-
apposita facit ad auditus benè esse, quatenus
fusas ac diffusas colligit species acusticas.

Sicut

cuti enim vis unira fortior, ita collecta
ecies acuſtica evadit intenſior.

§. XIII.

Objectum itaque auditus eſt æther,non
rò aër, utpotè qui comprimi, diſtendi &
hauriri poteſt ; hic enim nullum edit ſo-
m, ſed ipſum reddit magis obtuſum, qua-
nùs ætherem impedit. Sic corpora mol-
ra, ut lignum, ſtramen, corium &c. in
orum poris aër reſidet craſſus, fermè nul-
n aut ſaltem obtuſum, edunt ſonum :
corpora quò ſunt magis extenſa, eò ſo-
um ſuppeditant clariorem, quoniam in
rporum tenſione partes ſubſident, ut aër
pellatur. Propterea materia campana-
m eſt ſolida, imò ſolidisſima, in qua o-
nis æther, ut in quovis corpore ſonoro,
et unico in loco tantùm iuſtituatur alliſio
pulſatio, ob ſuam mobilitatem ſimul mo-
tur, unoque ictu ſoat, tonumque edit. So-
s autem in aëre & æthere, quæ aquâ mul-
ſunt fluidiora, tremulus longè latèque
fuſus, ac ſecundum concamerationes
cochleas extenſus, dum ad auris tympa-
m tremulo & vibratorio motu alluit, effi-
auditum.

§. XIV.

Pergo ad motum, quem ſtatim ſub in tium hujus tractatus in naturalem & anima lem cum aliis actionibus diſtinxi, licet ute que fibrarum motricium miniſterio pe ſpiritus animales peragatur, & in genere r tione cauſæ efficientis animalis nuucupa poſſit: Cùm autem Autorum plurimi ill actiones, illosque motus, qui à nervis, e cerebello & ſpinali medulla profectis, pe aguntur, nec noſtræ ſubjecti ſunt volunta nobisque invitis & dormientibus peragu tur, appellent naturales, hanc etiam appe lationem melioris doctrinæ gratiâ retineb Motus proinde, qui à nervis è cerebro riundis proficiſcitur, & pro noſtro arbitri gubernatur, animalis aut voluntarius nu cupari poteſt. Cui autem utriusque ner proſpiciunt, ita, ut nobis quidem non co tantibus exerceatur, à voluntate tamen n ſtra retardari poſſit, ut reſpiratio, mixt apellatur.

§. XV.

Motus partium ſolidarum quilibet p fibras peragitur motrices, ſive ſolis membr nis ſint intertextæ, ſive in ſpeciale corp

muſc

ûſculoſum ſint formatæ atque compoſitæ. bſolvitur autem motus ille, dum fluidum ervoſum ſ. ſpiritus animales per nervos, orumque propagines in recenſitas fibras fluunt, easdemque inflant ac dilatant; inc non poteſt non illarum fieri abbreviaio atque contractio, ut hoc modo partes onnexæ trahantur & retrahantur, vel aliter, rout neceſſitas poſtulaverit, commoveanur. In muſculis non longitudinales fibras flari & abbreviari, ſed potiùs parallelorammas, ſtatuit *Joh. Mayow*, quod ſatis eſt robabile; alioquin muſculus in actione a deberet intumeſcere, & majorem acciere dimenſionem, quod autem non fit, d rigidus tantùm & magis firmus evadit.

§. XVI.

Verùm, quod muſculi quidam, ut diahragmatis, abdominis, cordis &c. ſine deſſatione continuò moveantur, à fibrarum idetur eſſe magis firma ſubſtantia, & interupto ſpirituum animalium in illos ſecunum naturæ ordinem influxu. Quin & onſuetudini multum in hoc negotio erit dſcribendum, quippè quæ diuturnior aptos nterdum homines reddit motibus & actio-

nibus, qnibus aliás impares existunt. Quoniam autem sensus & motus exercitium sine partium & membrorum debilitate, actionumque hebetudiue, imò sine vitæ periculo, indesinenter perdurari non potest, alternâ opus est requie, ut somnus cum vigiliis permutetur, spiritusque & vires, in actionibus continuis dispersæ, rursus colligantur, ob motus voluntarii cessationem & sensuum, in primis externorum, actionem intermissam.

§. XVII.

Loquelæ, ad quam tandem devenio, sive vocis formationi, organa inserviunt varia, nimirum aspera arteria, larynx, fauces, uvula, labia, dentes, nares & lingua: Recensita organa cum aëre è pulmonibus egrediente, ætherem diversimodè modificant atque vibrant, ut hoc pacto voces formare, nostraque cogitata cum aliis communicare possimus. Pro amplitudine enim & angustia asperæ arteriæ, & laryngis datur dimensio vocis: Horribilem propterea leones edunt rugitum, quoniam satis ampla præditi sunt asperâ arteriâ. Idem statuendum est de bobus, aliisque animalibus, vo-

cem

m gravem & horribilem edentibus. Viri plurimùm graviori voce gaudent præ mu- ribus, ob ampliorem & majorem laryn- m. Quod luſcinia aliæque aviculæ ſua- ſſimè inſonent, id unicè eſt â ſtrictiore pera arteria, per quam æther ſonorus cum re admodùm ſtricto, impingendo egre- tur.

§. XIIX.

Operculum etiam laryngis, epiglottis mirum valdè mobilis, ad vocem forman- m, in primis in cantu, ſuum confert ſym- lum, quatenùs ætherem ſonorum reddit emulum; ab æthere enim ſonoro tremu- vocis modulatio dependet. *Kircherus* luſciniæ epiglottide exiguos muſculos, nc valdè mobilem reddentes, reperiri di- , propterea hanc aviculam præ aliis tre- ulâ voce canere. In faucibus literæ po- ſſimum formantur palatinæ dictæ, aërem interiora faucium retundendo. Uvula ndula in faucibus, ubi meatus narium his plantantur, eſt corpus glanduloſum, circa teriæ pituitoſæ ſecretionem, aërisque iſionem in formatione vocis occupatum; nc plectrum vocis quoque appellatur.

§. XIX.

Si uvula ob ſeroſæ & pituitoſæ materiæ co-piam, muſculosq; exiguos debiliores vel pa-ralyticos eſt relaxata, loquela eſt rauca & de-glutitio læditur; ſi verò ab acribus & corroſi-vis humorib⁹ eroditur, aut planè abſumitur, vox articulata nullo modo formari poteſt. Aër enim inter loquendum linguâ, labiis-que vibrandus & ad uvulam allidendus, ſt-tim & intempeſtivè per nares egreditur. Per nares aëri liber conceditur inter loquendum tranſitus: Dentibus dentales proferunt li-teræ. Et licet labia atque lingua ad cujus-vis vocis formationem, ætherem cum aëre diverſimodè vibrando & ſonorum redden-do, generaliter concurrant (ſiquidem, ſi lin-gua eſt paralytica, vel ob inflammationem aliudque vitium, minùs exiſtit mobilis, ho-mo vocem formare non poteſt ac obmu-teſcit, idem quoque ſentiendum de labiis) tamen hisce organis labiales & linguales li-teræ ſpecialiter pronuntiantur.

§. XX.

Hactenus propoſitis functiones cor-poris humani, ſi non omnes, ſaltem plu-mas, quæ individuo conſervando inſerviunt

æ pro Physiologiæ fundamentis Medicinæ yronibus sufficere possunt, eâ, quâ fieri potuit, brevitate, ex suis causis & rationibus expoſui; instituti enim mei ratio non est, perfectam & prolictam tradere Physiologiam, sed brevibus & succinctis tantùm thesibus œconomiam corporis humani ob oculos ponere mecum constitui: Adductis ergò B. L. loco compendii æqui bonique consulat. Pergo jam ad partes & functiones, quæ speciei conservandæ i. e. sobolis procreationi, famulantur.

DISSERTATIO SEPTIMA,

De
PARTIBUS GENITALIBUS, ILLARUMQVE FUNCTIONE.

§. I.

Partium genitalium uterque sexus peculiares habet, ut aliæ sint virorum, & mulierum aliæ: Primò de virorum, tanquàm potioris partis in opere generationis, partibus sobolis procreationi inservientibus agam, inter quas

plurimæ extra abdomen propendent, qua-rum aliæ circa seminis elaborationem, aliæ circa ejus aſſervationem & ejaculationem ſunt occupatæ. Seminis generationi inſer-viunt vaſa præparantia dicta, teſticuli atque epididymides, ſive paraſtatæ variciformes.

§. II.

Præparantia vaſa, (quæ propè teſticulos membranis adhuc involuta, corpora pyra-midalia ſive pampiniformia conſtituunt,) nihil aliud ſunt, quàm venæ ac arteriæ ſper-maticæ; per arterias teſticulis advehitur ſan-guis chyloſus ac ſpiritu vitali impragnatus, ex quo particulæ chyloſæ & ſpirituoſæ, quæ multifarijs circularibus motibus anteà per omnes & ſingulas partes tranſierunt, illa-rumque idealem impreſſionem ſuſcepe-runt, materiam ſeminis conſtituunt: Hæc ſeminalis materia à ductibus teſticulorum ſpermaticis excipitur, atque ob horum con-volutionem artificioſiſſimam & admiran-dam longitudinem ſatis diu illis immoratur, ex quibus lymphatica vaſa aquioſiores par-ticulas revehunt, ut chyloſæ neceſſariò ſpiri-ſiores reddantur, & à principio vitali ſeu in-ſito teſticulorum ſpiritu ultimum ſeminis

cha-

aracterem nancifcantur. Hoc ut com-
odiùs fiat,accedat fimul neceffe eft anima-
s fpiritus per ramulos nervorum lumbari-
m. Dum hoc ita peragitur, fanguis pur-
ureus per venas regreditur fpermaticas,
uæ ob minores furculos, tenellis vitium
apreolis quodammodò fimiles,vafa pampi-
formia appellantur.

§. III.

Semen materialiter chylum effe, pro-
at ejus color atque fubftantia; formaliter
erò â chylo longè differt: Novus enim
aracter ac nova forma, â fpirituali ac
ecifica impreffione in tefticulis, ipfi eft
ducta. Propterea pituitofi & qui humi-
oris funt conftitutionis feu temperiei,non
a funt fœcundi, quàm cholerici atque me-
ncholici, utpotè qui ficcioris funt condi-
onis. In humidioribus enim non ita for-
ter fpirituofo charactere imbuitur chylus
d tefticulos alluens, quoniam in nimia
us copia fpiritus fpecificus feminalis dif-
nditur magis atque diluitur. Et licet in
ajori copia ab humidioribus, fæpiùs coë-
ndo, excernatur femen,non tamen corpus
otabiliter inde debilitatur, quàm in ficcio-

 ribus;

ribus; in his enim semen est magis spiri-tuosum.

§. IV.

Seminis materiam chylum esse, con-stat ex observatione *Schenckii*, qui historiam annotavit, quod maritus quidam post assum-tionem medicamenti purgantis congressus fuerit cum uxore sua, semenque in vaginam uterinam immiserit, à quo uxor aliquas habuit dejectiones. Certè si semen oriun-dum esset ex sanguine propriè dicto s. pur-pureo, ut quidam volunt, hic effectus nullo modo subsequi potuisset.

§. V.

In testibus elaboratum semen ulteriu promovetur in epididymides s. parastata ex iisque lento admodùm motu ulteri propellitur per deferentia vasa ad vesicul seminales, in quibus ad tempus subsistit assservatur, donec justo excretionis temp re excernatur. Ne semen ex hisce perp tuò elabatur, hominesque in suis & ser actionibus impediantur, provida Natura urethra constituit carunculam, quæ va rum illorum orificia s. foraminula mod claudit, simulque, ne urinæ quicquám

ad

ﬅu mingendi ex urethta in veſiculas ſemi-
les ingrediatur, impedit.

§. VI.

Excretioni ſeminis inſerviunt proſtatæ
andulæ, veſiculæ ſeminales atque penis.
roſtatæ & veſiculæ ſeminales ob voluptuo-
m vellicationem ſive titillationem in coi-
per conſenſum afficiuntur, atque ſpas-
odicè contahuntur, ut illæ per plures du-
us, recenſitam carunculam cingentes, lym-
ham ſubviſcoſam, voluptatem adaugentem,
menque diluentem fundant, hæ verò geni-
ram eructent atque expellant; unde illa
roſiliendo excernitur. Propterea *Ariſto-
les* coitum parvam epilepſiam vocare non
rubuit.

§. VII.

Penis conſtat ex duobus ligamentis
endinoſis, urethra, arteriis, venis nervis,
ute atque cuticula. Erectio & rigiditas
enis principaliter dependet â ſpiritibus
nimalibus copiosè influentibus, in primis
er muſculos binos, penem erigentis dictos,
n ipſum corpus tendinoſum. Urethra ca-
alis eſt, per quam & ſemen & urina, non
uidem ſimul, ſed partitis vicibus, excer-
nun-

nuntur: ſi enim ſemen urinæ commixtum ſimul excernitur in gonorrhœa, caruncul foraminula capſularum ſeminalium obtu gens, eſt vel relaxata, vel planè eroſa. Arte riæ cum ſanguine nutritio chyloſo ſpiritum adducunt vitalem, venæ verò eundem ſan guinem ſpiritu aliquo modo orbatum reve hunt. Per propagines nervoſas ſpiritu accedunt animales. Cutis atque cuticul integumenta ſunt communia, quæ in capit penis efformant præputium.

§. IIX.

Dixi rigiditatem atque erectionem membri virilis principaliter ſpiritibus ani malibus eſſe adſcribendam, quatenùs hi pe ramulos nervoſos atque fibras muſculoſ copiosè influunt in corpus penis tendino ſum, intus ſpongioſum & cavernoſum, illu inflant ac diſtendunt, ut majorem nanciſca tur ad tempus dimenſionem. Hoc u feliciùs fiat, venæ ſimul conſtringuntur, ſic que ſanguini per arterias influenti refluxu denegatur: Unde membrum magis magiſ que intumeſcit atque rigeſcit.

§. IX.

Quod autem ad ideas amoris ſeu vene

rea

s in momento quasi penis erigatur atque munus obeundum sit paratissimus, sęens causa subesse videtur: Nempè tum nporis animales spiritus ad penis motitanem maximam partem exspatiantur, quoam hoc membrum specifico insito spiritu nereo est præditum, quod charactere veris sigillatos ac turgidos admittit spiritus. irit⁹ enim nostri animales varias ideas ob am universalitatem suscipere apti sunt, v.g. nelicas, iracundas, terrificas, venereas . quarum alia aliam expellit; sic juvenes lancholici conversatione cum virginibus, ercitioque venereo interdum excitantur ritus exsuscitando, ideasque novas ac aenas inducendo.

§. X.

Si ergò idea veneris est impressa spiritus animalibus, tantùm copiosè ijdem inunt ad partes genitales, nec magneticè alium locum moventur, sicuti ideâ falicâ imbuti præcipiti lapsu ruunt ad venculum. Ita spiritus ideâ tristitiæ infecti cificè commovent oculos: Animi enim ffectus à varijs dependent spiritibus imssis vel gratis, vel ingratis ideis ac characte-

racteribus. Ejusmodi etiam spirituum i fluxum ad partes genitales post formatas deas amoris ac voluptatis venereæ , inte dum manifestè observamus, attendentes terationem in capite & circa præcordia in pientem atque ad partes genitales tende tem. Sic læso cerebro & genere nervol oritur impotentia virilis , ob spirituum an malium defectum. Non autem semper impotentia & sterilitate spiritus deficiun sed illi non sunt specificati , ut vergere p sint ad partes genitales ; hoc in passu qu renda sunt specifica aphrodisiaca, ideas v nereas promoventia.

§. XI.

Partibus virorum genitalibus, earu que actionibus expositis , ad mulierum c gana, generationi inservientia, pergendu Hæc autem sunt , vasa præparantia , testic sive ovaria ductus Fallopiani , uterus , e cervix sive orificium, vagina uteri , clito atque pudendi extrema. Vasa præparan mulierum itidem sunt venæ ac arteriæ, n tantùm ad testes , verùm etiam ad uteru tubasque uterinas abeuntes. Arteriæ i ritum , sanguinemque cum chyloso nu

mi

ento, partim pro liquore ſeminali produ-
ndo ac augendo , partim etiam pro ha-
m partium nutritione adducunt. Venæ
nguinem chylo, ſpirituque vitali quadan-
nus orbatum, verſus cor ad venam cavam
vehunt. Nervi, ut in alijs partibus, adve-
nt ſpiritus animales.

§. XII.

Teſtes muliebres nullam cum virilibus
nilitudinem obtinent, utpotè quæ non
ſcula ſeminalia ſunt, ſed perfectisſima
ula in membranacea ſua ſubſtantia conti-
nt, quæ duplici membranâ, futuri chorij
amnij principio, involvuntur, intusque
uorem albumini ovorum ſimilem
ntinent, ad quæ vaſa præparantia,
eriæ præſertim ſerpentino ductu excur-
nt, donec in membranis eorum dis-
entur atque evaneſcant. Rudimenta
rum ovulorum, ut reliquæ partes inte-
antes fœtibus puellis congenerantur, &
milii granam quantitate excedunt; ſuc-
ſſive deinde juſtam magnitudinem acqui-
nt, dum ſanguineus liquor per arteriolas
luens, materiam aptam pro ſubſtantia illo-
n augenda adducit atque relinquit: Pro-
lifica

lifica autem demum fieri incipiunt ann
pubertatis & ubi menſes fluere incipiunt.

XIII.

Si ovula ad juſtam molem accedun
vix piſi quantitatem ſuperant, iſtaque
tubas Fallopianas in uteri cavitatem tem
pore conceptionis deferuntur, quatenùs ſ
minalis aura ſeminis virilis ex utero per p
rentes ejus tubas ad teſtes permeando,
ovis ibi contentis deſideratam alteratione
excitat, & teſticulorum ſubſtantiam, quo
principium potiſſimum illorum vitale i
diſponit, ut ovula impraegnata expellantu
quae à tubarum extremitate excepta per H
ad uterum transferuntur: Hinc teſtes m
lierum recentioribus ovaria audiunt, &
quor ovulorum pro genuino illarum ſem
ne habetur.

§. XIV.

Uterus quatuor gaudet ligament
duabus nimirum latis, quae alae veſpertili
num propterea dicuntur, & duabus tere
bus, quibus firmatur & in ſede ſua natu
liter conſervatur. Eſt autem ager ille fo
cundus, qui foetui hoſpitium praebet, don
excludatur; ejusmodi matricem in om
gen

nerationi trium regnorum reperimus.
ertè ſpiritus ut omnes moliuntur actiones,
alius eſt inſitus, influus alius: Iſte in ter-
,& quicquid affine eſt terræ,hoſpitatur,
c aſtralis æthereus aëris mediante aquâ
cedit. Simili modo opus humanæ gene-
tionis per eadem principia & ſimiles ſpi-
tus abſolvitur. Non itaque generatio
mana tantùm per virile ſemen perficitur,
i quidam perperam arbitrati ſunt, cùm
atura ſemper ad quamcunque generatio-
em duplici utatur ſpiritu.

§. XV.

In ſeminibus actus primus ſ. potentia
nerandi occulta eſt, quam conſtituit ſpi-
us inſitus torpidus, hic verò ab influo ex-
atur & in actum deducitur, & tunc ſemi-
s incipit propullulatio. Suprà laudatus
arcus Marci à Kronland/ in Philoſophia
ter. reſtit. omnium rerum generationem
alogam eſſe, omniaque ex ovulis fieri at-
e produci, in quorum ſpiritu ſpecificas
cturas & ideas latitare, aſſerit, quod recen-
orum plurimi confirmant: Hæ autem à
iritu influo excitantur & evolvuntur, ut
arum fiat manifeſtatio. Sic in ovulis
iam humanis fœcundis idea & imago ho-

G minis

minis occulta jacet, quæ â ſpiritu maris in-fluo, iisdem ideis ſigillato, in apricum ſiſti-tur: Hac ex ratione, ſpecifica agere viden-tur aphrodiſiaca, ideas ac characteres in ſe-mine promovendo & exſuſcitando, ut ſteri-riles fiant fœcundæ mulieres.

§. XVI.

Inter generationem hominis & penna-torum aliqualis, ſed exigua, intercedit diffe-rentia, cùm tam in mulieribus, quàm hiſce ovula reperiantur, licet non ſemper ſint pro-lifica ſ. fœcunda. Differentia inter ovula humana & pennatorum hæc eſt, quod in horum ovis materia lutea cum albicante, nimirum vitellum & albumen, contineatur, in ovulis verò humanis liquor ſeminalis lim-pidus tantùm reperiatur. Deinde ipſi ovo-rum vitello aliquid oculi inſtar eſt apper-ſum, ceu principum aliquod formale, cum omnibus ideis & figuris. In iſto puncto re-ſidet ſpiritus gallinæ inſitus & galli influus, qui etiam certo reſpectu inſitus appellari poteſt: Si enim vitalis actus ſubſequi debet, neceſſe eſt, ut alius ſpiritus influus accedat, quem ſubminiſtrat gallina ovis incubans eaque fovens. Hoc penetrans gallinæ ca-lidum latitantes in ovo exſuſcitat ſpiritus a-

qui

e in actum deducit, ut novum & vivum imalculum producatur.

§. XVII.

Orificium uteri aliquò modo cartilagi- ſum continuò modicè eſt clauſum, nec eritur , niſi in partu & coitu fœcundo, em conceptio ſubſequitur; evacuari ta- en poſſunt impuritates ex utero, ſive ſint oſæ, ſive pituitoſæ, ſive cruentæ, &c. ile membrum admittit vagina, quæ ma- lino ſemini excipiendo primariò deſtina- rugosâ ſuâ ſubſtantiâ illud amplectitur, iterque comprimit, ut per attritum ta- n voluptas magis magisque augeatur, nenque eò promptiùs excernatur. Quo actu fœmellæ, in primis laſciviores, liquo- n albicantem & viſcoſum effundnnt, ge- alia virorum humectantem, pruritum- e augentem. Hic liquor perperam à eribus & recentiorum quibusdam pro- lierum ſemine habetur, cùm reverâ nil nus ſit, quàm ſemen. Originem illius ſtituit interna colli uterini glanduloſa ſtantia, in primis inſigne glandularum , ad meatum urinarium ſitum ac cum orum proſtatis quodammodò conve- ns. Clitoris itidem ad titillationem ma-

jorem ſymbolum ſuum confert. Pudendi rum extrema, extra congreſſum, partes in teriores ab externa aëris injuriâ defendun atque variis impuritatibus, uti etiam urin tranſitum concedunt ; in congreſſu ve membrum virile admittunt in vaginam.

§. XIIX.

Pauca de menſium origine dicenda in ſtant: Fluit verò ſanguis menſtruus parti ad uterum, partim ad ejus vaginam, per a terias hypogaſtricas, quæ illum ex ilia internis accipiunt,& in cavitatem recen tarum partium, ſingulis menſibus in ſe ſequiori, per aperturas ſ. anaſtomoſes in e tremitatibus, fundunt atque deponunt, ſanguineæ maſſæ depurationem. Ver autem hujus evacuationis cauſam ſequen bus ſuppoſitis & experimentis eruere atq firmare conabor.

§. XIX.

Suppono enim, menſium fluxum in pere cum annis pubertatis, ubi ſubjectu fœmineum aptum evadit ad concipiendu & poſt annos ut plurimùm quinquagin ubi mulieres prolificæ eſſe deſinunt, in dem viciſſim ceſſare, Deinde conſtat, n tabilem alterationem in utroque ſexu pro

di

re iisdem annis, crines ſcilicet in genitabus partibus protrudi, vocem in potiori xu immutari, barbamque propullulare: bidinem etiam & cupiditatem veneream tempore ſeſe prodere, & ad generandum xum utrumque aptum fieri atque idoum. Poſt annos etiam quinquaginta, i fluxus menſium ceſſat, lanugo cutis vel tiùs cuticulæ, in crines immutatur, ut ulieres non rarò barbâ inſtruantur.

§. XX.

Conſtat etiam & hoc, quod mulieres acilentæ & minùs plethoricæ, laſciviores nen, plus cruoris profundant menſtruâ rgatione, quàm carnoſæ & plethoricæ, æ impetu venereo non ita vexantur. Hinc dit Galenicorum aſſertum, qui ſtatuunt, copia ſanguinis dependere iſtum fluxum, amque eſſe pro nutriendo fœtu in utero aterno; ſi verò non adſit fœtus menſes dire atque fluere: Si autem hoc eſſet vem, ſequeretur, mulieres minùs plethoris nullo menſium fluxu laborare, quod eſt ntra experientiam. In menſium etiam ſtructione poſt venam ſectam ſæpiſſimè quitur menſium fluxus; ſi autem à ſaninis copia ille proveniret, certè poſt ſan-

guinis emissionem non sequeretur, sed p
tiùs inhiberetur.

§. XXI.

Hinc concludo, miasmata seminalii
spirituosa ex genitalibus partibus in massa
sanguineam facilè redundare posse, illaq
effectuum suprà recensitorum causam effi
genuinam in utroque sexu: Hæc semina
aura certis periodis ex ordine naturæ in se
sequiore penetrat in sanguinem, eunde
conspurcat & alterat, alterationes & ebull
tiones quasi febriles periodicas, fluxum
lum ut plurimum antecedentes, produc
In febricula hac quæ ex horrore, calore, si
lassitudine, capitis dolore &c. cognoscitu
particulæ seminales, aliæque impurita
cum sanguine per mensium fluxum in ca
tatem uteri, ejusque vaginæ, critico m
do cum dolore interdum pungitivo, q
citra dubium à vasorum magis difficili ape
tura dependet, deponuntur & ex
corpore eliminan-
tur.

DI

DISSERTATIO OCTAVA,

De

CONCEPTIONE, FOETUS NUTRITIONE ET PARTU.

§. I.

ULtimò demum generationis humanæ negotium ſupereſt, quod à conceptione incipit, ſequentibus terminis circumſcripta: Vir pene erecto ge- turam in uteri vaginam immittit, cujus rs ſubtilis ac ſpirituoſa, craſſiore licet rurs effluente, penetrat per uteri orificium, tempore modicè apertum, uterum ſum, tubasque Fallopianas, motu non echanico & pulſivo, ſed planè naturali que magnetico, ad ipſa ovaria, ubi in ovis aturis, & ſpiritu ſeminali turgidis, deſidetam alterationem excitat, & unum vel ures imprægnat, ut horum liquamen tur- lentum evadat, atque in totius corporis ucturam mox idealiter formetur.

§. II.

Quo in negotio licet potior & magis tiva facultas maſculo debeatur, utpotè cus genitura benedictione Divinâ ovulum ecundat, mulier tamen abſolutè excludi

non poteſt; ſiquidem enim & hujus auræ vitalem, licet ſola non ſufficiat, hîc qui quam conferre, ſexus differentia explana quæ libidinis prædominio, & hinc ideis præ valentibus, non incommodè adſcribi pote Propterea fœtus refert formam interdum matris, interdum verò patri ſit ſimilis, pro ſpiritus alteruter fortioribus ideis eſt ſigill tus. Rectè etiam ſtatuit *Helmontius* phan ſmata venerea multũ facere ad prolificati nem, uti etiam ad formam externam, ſexus differentiam, quod teſtatur experientia.

§. III.

Actus itaque vitalis conceptionis, utriusque ſpiritus, nimirum maſculi influe tis & inſiti fœminei, blandâ alteratione compenetractione conſiſtit, ut vita ipſa parentibus oriatur: Quamprimùm eni ovulum â ſpiritu ſeminali paterno incip immutari ac propullulare, intumeſcere a que augeri, vita ſimul initium ſumit, etia ſenſitiva. Hoc meum aſſertum prob punctum ſaliens in ovo, quod acu, alioqu inſtrumento acuto tactum, frequentio motu vitam ſenſitivam prodit. Quod a tem fœtus primis geſtationis menſibus n ſentiatur, non inde eſt, quod non vivat, ſe

quo

quod tenellus talis liquori chorio & amnio conclufo innatet, absque commotione membranarum & uteri: Quamprimùm verò fœtus fub finem quarti & initium quinti menfis major evadit & robuftior, liquorque refpectu illius decrefcit, tunc demum prægnantes percipiunt motum embryonis, cùm proximè allidat membranas atq; uterum.

§. IV.

Hoc meum affertum ulteriùs probant potentiæ animæ, mores, virtutes atque vitia, quæ â parentibus in fobolem transplantantur, eique ingenerantur fecundum dictum Venufini: *Fortes creantur fortibus & bonis, est in juvencis, est in equis patrum virtus.* Quæritur autem, quid de anima hominis immortali, quám Philofophi vulgò rationalem appellant, fit fentiendum? Refpondetur, illam Medico juxta *Galenum* effe ignotam: ut, ne in cenfum Theologorum incurram, lubentiùs ab hacce materia abftinebo.

§. V.

Imprægnatum itaque ovulum & vitaliter propullulans, ex ovario fecundum Naturæ ordinem expellitur ac â tubæ illius lateris extremitate excipitur, & ad cavitatem uteri deducitur, non primo quidem poft coitum

 die,

die, ſiquidem *Harvæus* in damis & cervis i
tempore uterum vacuum deprehendit, ſ
quinto, ſexto vel ſeptimo. Ab utero, ceu agg
fœcundo & locô accommodato, exceptu
ovulum, ulteriùs fovetur, nutritur, in eoq
perficitur, augetur ac aſſervatur tam diu, d
nec juſtam maturitatem acquiſiverit, & tu
demum partus tempore excluditur. Cu
autem tenello corpuſculo perficiendo liqu
ovuli, ex quo primordia ducit, non ſuffici
ex matre ipſi nutrimentum ſuppeditari, n
ceſſe eſt. Primis autem diebus & menſib
ovum ſ. conceptus admodùm laxus & mol
lis eſt in utero, nec in ulla aliqua parte ute
adhæreſcit; hinc ſtatuendum, nutrimentu
chyloſum, pro liquore in amnio augendo
fœtu alendo, tranſudare ex glandulis uterin
primùm per chorion ac tandem per amnio
nec alio modo ab ovo imprægnato ſuſci
quàm piſum vel granũ tritici, terræ recond
tum, ex illa ſuccum aqueum imbibere ſole

§. VI.

Dum autem paucorum dierũ ſpatio ovu
lum in utero delituit, apparet illud ſubrub
cundum & ſanguineum, ſiquidem tunicar
vaſcula ſanguine parùm turgida apparent, in
ternè punctum ſaliens conſpicitur, vaſaqu

umb

mbilicalia primordia ducunt ac chorion ex-
rnè variarum eminentiarum inæqualita-
bus, pro futura placenta, in altero latere
ſpidum deprehenditur. Deinde omnes
artes ſolidæ ſimul generantur, ſed non ſi-
ul perficiuntur: Primò enim caput cum
culis, deinde cor & hepar cum ſuis vaſis &c.
erficiuntur & in ſenſum incurrunt, id quod
erkringius aliiq; obſervârunt, qui ab initio
ſque ad finem, per ſingulos dies atq; men-
s, formationem fœtus deſcripſerunt.

§. VII.

Per glandulas uterinas ſequeſtratum
utrimentum umbilicalia vaſa, poſtquàm
erfectionem ſuam illa ſunt adepta, in ſe
cipiunt (licet cum utero nondum cohæ-
ant) fœtuique adducunt; in quibus,
xta materiam ſanguineam & albicantem
ylosam, etiam bilioſam obſervavit *Deu-
ngius* pro humore torpido reſolvendo &
ſuſcitando. Tertio autem menſe, ubi
brillæ ex placenta uterina, majore jam
cta, utero inſeri incipiunt, atque quarto
enſe firmior illorum eſt connexio, ſuccus
utritius unà cum ſanguine materno ex va-
s uterinis in hepar transfertur, ex quo per
enam umbilicalem ad hepar embryonis

ten-

tendit, in quo cum ejus ſanguine comm ſcetur, cum eoque per corpus tenellum ci culatur, cujus etiam pars per arterias um bilicales, arteriis iliacis embryonis inſerta ad placentam rurſus defertur, ex quo v ciſſim per venam umbilicalem & ſic porr ultimis nimirum geſtationis menſibus.

§. VIII.

Eſt autem placenta ſive hepar uter num, corpus glanduloſum ſcatens ſangu ne & ſucco chyloſo, quos liquores haur ex arteriis uterinis mediantibus fibrilli quibus adhæreſcit ipſi utero. Quida hanc cohæſionem matris cum placenta ut rina negantes, obſervationes adducun quod in ſuibus & equabus nulla talis co nexio ſ. anaſtomoſis reperta fuerit: Verù in mulieribus longè aliter eſt comparatu ſiquidem lochia ſ. ſanguis poſt partum flue haſce vaſorum ſanguiferorum connexion clarè indicat. Per experientiam etia conſtat, placentam uterinam interdum ta firmiter utero adhærere, ut ſecundinæ (ſ cundinarum nomine venit, quicquid po partum excluditur nimirum placenta ut rina, funiculus umbilicalis & tunicæ, fœtu involuentes,) egredi nolint, niſi per viole

tia

m evellantur: Quare puerperæ in lætha-
m incidunt hæmorrhagiam.

§. IX.

Liquor, qui in amnio reperitur, nec
dor fœtus eſt, nec urina; primis enim
enſibus copiosè adeſt & maximè ſuperat
tum, imò prior eſt ipſo fœtu: Ultimis
tem menſibus liquor hic fermè abſum-
s eſt, pro argumento, fœtum jam majo-
m factum illum conſumſiſſe. Licet au-
m uſus iſtius liquoris primis menſibus et-
m phoronomicus eſſe poſſit, ut fœtus ab
ternis motibus vehementioribus per il-
m defendatur; ſatis tamen probabile eſt,
inc per os embryonis, licet non per ſuctio-
em, utpotè quæ citra reſpirationem fieri
equit, deferri in ejus ventriculum, ſiqui-
em in illo ſimilis liquor reperitur: Liquor
chorio inſervit partibus lubricandis
mpore partus. Citra dubium hi liquores
r peculiaria lymphatica vaſa ex hepate u-
rino ſucceſſivè augentur & conſervantur.

§. X.

Ordinariè fœtum humanum mater per
ovem gerit menſes, illumque in principio
ecimi menſis excludit. Multi tamen Me-
icorum cum *Hippocrate* tempus excluden-
di

di fœtum humanum â ſexto menſe usq; ad undecimum eſſe, ſtatuunt: Sic *Hippocr.* & *Galenus* obſervârunt fœtum ſextimeſtrem; *Spiegelius* etiam ſextimeſtris facit mentionē cuticulâ carentis & viribus debilis, quem mater propterea goſſipio involvere coacta fuit: Sanctè tamen affirmat, iſtum puerulum incrementum quotidiè ſumſiſſe, & ſatis robuſtum deinceps factum eſſe hominem. Plura exempla annotantur partim apud Autores: JCTI propterea, ſecuti *Hippocratem*, partum ſeptimeſtrem habent pro legitimo.

§. XI.

Ubi itaque omnia in fœtu ſunt perfecta, quæritur quænam ſit legitima illum excludendi cauſa? Quidam hanc adſcribunt defectui nutrimenti; hinc calcitrare fœtum autumant & deſiderare ſui excluſionem: Sed ob huncce defectum debilis redderetur, & â calcitrando abſtineret. Alii hoc negotium in fœtus molem rejiciunt: ſed obſervamus, minutisſimos etiam fœtus excludi felicisſimè, ergò moles non erit cauſa excluſionis. Quidam accuſant robur fœtus; ſed debiles, imò mortuos fœtus videmus in lucem edi, hinc nec robur erit cauſa. Recentiores confugiunt ad aëris de-

fe-

tum, ſtatuentes, quod ſi omnes functio-
in fœtu ſint exornatæ & juſto robore
nia polleant, nihil ampliùs requiri, niſi
is acceſſionem. Notandum autem fœ-
n in utero ſine ullo periculo aëre carere
ſe: ſecundum enim axioma commune,
oti nulla eſt cupido, & infans in utero lati-
s neſcit quid ſit aër, nec illum deſiderat.
§. XII. Cauſa itaque vera & adæquata ex-
dendi fœtum, eſt impreſſa ſpiritibus qua-
s, idea & menſura, ſecundum quam im-
ſſus ordo & natura ſuos ſpiritus dirigit,
onesque certo tempore inſtituit. Hinc
à partus inſtante, inſultus & motus in-
inatus exoritur ſpirituum in fibris uteri-
, muſculorum abdominis, pſoas &c. ut
rus conſtringatur & coarctetur, hacq; u-
& totius abdominis coarctatione fœtus
ellatur. Embryo etiam ex ordinatione
ina ad futurum iter ſe præparat, ut, cùm
eà convolutus quaſi jacuiſſet, nunc ſe-
ivertat & capite prono orificium uteri
at. Hinc membranas disrumpit, ut hu-
res ſuperantes, partes genitales reddant
ricas ad partum facilitandum.
§. XIII. Mulieres etiam ipſæ ad partũ pro-
vendum, multum voluntariè contribu-
ere

ere poſſunt, dum aëris exſpirationem co[h]
bent, quâ fœtus, uti etiam fæcũ alvinarum
excluſio promovetur. Ut facilitetur part[u]
non ſolùm uteri orificium & vagina ej[us]
notabiliter ampliantur, ſed etiam junctu[ram]
oſſium coxendicis cum ſacro relaxari, co[c]
cygis oſſa ad poſteriora reflecti in juni[o]
ribus, eſt valdè probabile. Interim veru[m]
eſt, cavitatem inter iſcij oſſa ampliorem e[ſſe]
in fœminis, quàm in viris. Inſuper tene[ri]
corpusculi oſſa ſunt molliora & flexibilia
in primis capitis oſſa ob fontanellam arcti[us]
coire poſſunt, pro commodiore partu.

§.XIV. Infans itaq; in lucem editus ſtati[m]
reſpirare incipit, quoniã ab aëre, ingredie[n]
te per ejus os atque nares, pulmones dil[a]
tantur; hinc ſangvis per pulmones transgr[eſ]
ſum invenit, viaque ex dextro cordis vent[ri]
culo in ſiniſtrum per foramen ovale ſen[ſim]
aboletur. Nutrimentum infantibus primu[m]
ſuppedidat lac maternum, vel in hujus [de]
fectu, alius alicujus mulieris ſanæ & be[ne]
conſtitutæ. Ita etiam functiones, ſobo[lis]
procreationi inſervientes, eâ quâ fieri
potuit brevitate expo-
ſui.

F I N I S.



JUSTI VESTI,

MED. DOCTORIS & P. P.

DE

PURGATIONE DOCTRINA,

THEORETICO-PRACTICA,

BREVIS & SUCCINCTA,

Secundum Neotericorum mentem

ADORNATA

Et

MEDICINÆ STUDIOSIS, PRACTICISQVE JUNIORIBUS

Apprimè utilis & summè necessaria:

Editio Nova, aucta & in varijs immutata:

PROŒMIUM.

SI ullâ circa medicamentorum applicationem cautelâ & circumspectione opus est in Arte Medica, ut s præternaturam, i. e. morbus, causa orbifica atque symptomata, tutò ex rpore humano removeantur; opus nè hâc erit, ubi humorum peccantium abundantium erit instituenda purtio sive evacuatio. Non enim, ut ALENUS loquitur, lateres, lutum, na, lapides &c. Artis Medicæ, sicut

aliarum artium, sunt materia, in quibus citra cujusquam damnum multifariam quid experiri licet; sed occupatus potius est Medicus circa hominem, ut creaturarum nobilissimam, ita facilè destructibilem & in horas mutabilem. Accedit, quod purgatio cum ingenti periculo sit conjuncta, dum ab imperitis tempore importuno perperam, & quandoque nimia instituitur. Colliquefactivâ enim & putrefactivâ secundum HELMONTIUM, *ipsamque experientiam, facultate prædita sunt purgantia, ut peccantibus in corpore humoribus deficientibus, utiles etiam & retinendos, ipsumque nutrimentum chylosum gelatinoso-viscosum liquefaciant, corrumpant atque in perniciem*

vitæ

vitalis œconomiæ evacuent. Hoc non antùm virium proſtratio, ſed totius orporis emaciatio ac artuum vacillaio, vehementiorem purgationem ſububſequentes, teſtantur. Quo itaque ure & conſcientiâ Pharmacopolæ uilibet indifferenter purgantia venant? ex dictis ſatis conſtat. Purans etiam medicamentum ſemel in ventriculum, vel tempore importuo, vel in majori doſi per errorem ſſumtum, gubernari & coerceri neuit; & licet opiatis vehementioris purgans domari & inhiberi quilem posſit, non tamen illud ſit citra llius, qui purgans aſſumſit δραστικώτεον, detrimentum: Sanguis enim à iſtura ejusmodi incongrua & cor-

ruptiva eousque depravatur, & ta-lem dyscrasiam acquirit, ut recre-menta & corruptelas in habitum cor-poris fundens, pustulas & vesicu-aquosas in cuti prorumpere faciat, & quandoque pathemata quasi lepro-sa excitet. Vid. doctiss. VVILL-SIUS DE PURGATIONE pag. 6 Operæ pretium itaque me facturum arbitror, si difficillimam de purga-tione doctrinam, corruptoque hoc seculo summè necessariam, thesibus subsecuturis proponam, quæque per viginti quatuor annos in praxi circa purgationis usum & abusum summa industriâ observavi atque collegi, in-ter Philiatros Practicosque juniores distribuam, ut illi cautiùs merca-

di

*ſcant. Non verò, quod notan-
um, circa purgantia illorumque
oprietates & doſin occupatus eſt
c meus labor, ſed purgationem
ſam, i. e. Verum Medicamento-
m purgantium uſum. Melioris igi-
r doctrinæ gratiâ, doctrina hæc
tria dividitur capita, quorum
imum tres ventilabit quæſtiones.
rimò an electivè dentur purgantia?
e. an Natura & Pharmacia talia
oferant medicamenta, quæ ſolùm
nt vel cholagoga, vel melanagoga,
el hydragoga, vel phlegmagoga.
cundò, per quosnam ductus fiat ſe-
ratio humorum noxiorum expur-
ndorum de maſſa ſanguinea ad in-
ſtina? Tertia purgantium operan-*

di modum, ac in quo medicamento-rum virtus purgandi specialis con-stat, enodabit. Secundum caput do-cebit, An, Quid, Quantum, Quo-modò, & Quandò purgatio sit insti-tuenda & usurpanda? Tertium se-lectiora purgantia, illorumque for-mulas ad exemplum exhibebit, ubi etiam regimen circa purgationem imperabit.



CA-

CAPUT PRIMUM

N ELECTIVE DENTUR PURGANTIA, ER QUOSNAM DUCTUS FIAT SEPA-ATIO HUMORUM DE SANGUINE, ET QUISNAM SIT PURGANTIUM OPERANDI MODUS?

§. I.

UT eò meliùs, quid propriè sit purgatio, intelligatur, meritò theses præsentes â definitione exordior, præmissà tamen brevissimâ annotatione ety-i: Derivatur enim Purgatio â purgando, ræcè κάθαρσις, dicitur ἀπὸ τῦ καθαίρεσθαι, specie *Hippocrati* Φαρμακία. Est verò pur-tio humorũ noxiorum, in corpore abun-ntium, mediante Naturæ motu, â phar-aco instituto, ad intestina detrusio & per um evacuatio.

§. II.

Dixi humorum noxiorum abundan-ntium; per hos intelliguntur biliosi, a-ei f. serosi & pituitosi, tum quantitate, n qualitate peccantes, item acidum diver-generis, â præcedente mala diæta per de-

pravatas digeſtiones contractum : Omn
enim manifeſtum & exceſſivum acidum i
corpore noſtro eſt morboſum. Quodſi au-
tem nudâ peccant qualitate recenſiti humo-
res, non ſunt evacuandi, ſed alterantibu
potiùs corrigendi & immutandi, ne fre-
quentiori purgatione boni atque laudabile
ſimul expellantur. Licet etiam evacuatio,
quæ fit per vomitum, ſudorem, ſalivam &c.
ſit corporis purgatio, in Medicina tamen
uſu receptum eſt iſtam evacuationem, qu
contingit per inteſtina atq; anum, κατ' ἐξοχ
purgationem appellari.

§. III.

Evacuantur autem noxii & peccan-
tes humores vel â Naturâ, quæ ſuâ ſpont
corpus ab impuritatibus liberat, vel pe
pharmaca; ideòque alia purgatio eſt ſpon-
tanea ſive naturalis, alia coacta, quæ etiam
artificialis Medicis audit. Relictâ jam prio-
ri, de poſteriore in præſentia agere animum
induxi; additum propterea fuit in definitio-
ne, quod ſit evacuatio per pharmaca ſ. me-
dicamenta.

§. IV.

Quod primam attinet quæſtionem, i

pre

[pr]œmio propositam, an electivè dentur [pu]rgantia? primo intuitu respondere qui[de]m possem cum Clariss. *Ammanno*, quod [no]n dentur; Inquit enim *cap. 9. Paraenes. [ad] discentes de purgatione: electivè pur[gan]tia, quae hactenùs praeter necessitatem [Sch]ola Galenica somniavit, re verâ non dan[tur]; quis enim purgantibus concessit electio[ne]m vel intellectum? Rationes pro negati[va] sunt sequentes: Quia (1.) non dantur [ill]i quatuor humores, quibus haec electivè [pu]rgantia fundantur. (2.) Catholica pan[chy]magoga & universalia destruunt electivè [pu]rgantia, & quodlibet purgans purgat abs[qu]e proaeresi quemvis humorem obvium pec[can]tem. (3.) Nec color excrementorum ali[qui]d vel pro bile, aut melancholia evacuan[da] concludit. (4.) Nec mihi res est cum [φαρμα]κοφάγοις: Ergò apage has ineptias.* Vid. [Cla]m Methodus medendi *Joh. Walaei.*

§. V.

Si autem paulò penitiùs speciales pur[gan]tium virtutes considerantur, non omni[no] veterum de electivè purgantibus doctri[na] erit rejicienda; illo tamen sensu, quo [eam] Galenica schola illam tradidit, non erit

reti-

retinenda, quod ab hoc vel illo purga tantùm hic & non alius evacuetur hum peccans. Experientia in hoc passu o ma rerum est magistra, siquidem hæc cet, ab assumto *rhabarbaro* parum serosi moris in hydropicis evacuari; ubi v *radix iridis nostratis*, *jalappæ*, *esulæ* adhibeatur, ingens laticis aquosi quanti unà tamen cum aliis noxiis humoribus alvum exturbatur. Et licet quatuor mores, massam sanguineam constituent ceu Galenicum commentum dudum explosi, nonnunquàm tamen præternatu liter ejusmodi humores in corpore hum no colligi & â Naturâ s. Archeo debilio coacervari, experientia testatur quotidian

§. VI.

Non autem electivè quasi purga virtus consistit in electione arbitraria & tellectu, sed potiùs in majori minoriq purgantium acrimonia & spiritus nostros ritandi potentia. Vid. *Instit. nostr. refor* §. 5. *Cap. 3. Lib. V.* Hinc pro humore p cante evacuando citra omne dubium se ctus purgantium, ut in diaphoreticis, diu ticis, aliisque evacuantibus, erit concedi

& admitendus, quod tamen pace ſuprà
[lau]dati *Ammanni* dixerim.

§. VII.

Ductus ſive meatus, per quos humores
[pec]cantes & impuritates ad inteſtina defe-
[run]tur, ſunt varii: Bilis enim per meatus
[sati]s apertos, & quidem cyſtica per peculia-
[rem] ejus canalem; hepatica verò per du-
[ctus] hepaticos, Anatomicis dictos, & de-
[indè] per ductum choledochum ad inte-
[ſtin]um deſcendit duodenum. Pituita etiam
[&] diverſi acores præter naturam in primis
[viis] accumulati, facili negotio, præmiſsâ ta-
[me]n juxta *Sylvium* alteratione, per longam
[inte]ſtinorum fiſtulam & anum â motu peri-
[stal]tico citatiore, fortiore ac irritato (ſive
[ut v]eteres loqui amant, â facultate expultri-
[ce i]rritata) poſſunt expurgari.

§. VIII.

Verùm vias ſive meatus, per quos ſan-
[gui]nis portiones crudiores, nimirum ſero-
[sæ,] pituitoſæ, chyli crudiores, & propterea
[inu]tiles, item hydropicorum aqua &c.
[sunt] expurganda, enodare, non caret diffi-
[cult]ate. Priſci apud ſeculum prius ad oc-
[cult]os confugerunt ductus; Sed quid opus

eſt

est occultis, ubi adsunt satis manifesti? N[illegible]tum enim est ex Anatomicis ac Physiolo[illegible]cis, internam ventriculi tunicam rugosa[illegible] esse glandulosam, in primis circa orificiu[illegible] ejus sinistrum, superioremque ejus parte[illegible] atque in statu naturali liquorem utilis[illegible]mum fundere pro fermento ventriculi co[illegible]stituendo, quod alimentis probè mastica[illegible] & deglutitis admixtum, eadem resolvit [illegible]que digerit, cæteris tamen causis non [illegible]clusis.

§. IX.

Recensitæ hæ stomachi glandulæ à v[illegible]mitorio, sive purgante assumto vellicatæ[illegible] stimulatæ copiosissimum fundunt serum[illegible] aliasque sanguinis sordes ac impuritates, [illegible] corpore eliminandas, de massa sanguine[illegible] separant in ipsam ventriculi cavitatem, q[illegible] ab assumto vomitorio per os, à purgan[illegible] verò per anum excernuntur.

§. X.

Idem quoque sentiendum esse videt[illegible] de intestinorum glandulis miliaribus, à pu[illegible]gante præter modum stimulatis; licet eni[illegible] hæ in statu naturali sint occupatæ circa [illegible]queo-viscosæ materiæ de sanguine separati[illegible]

nem

m, quæ chylum partim diluit, partim rò mucum, in primis in crassis, constituit estinalem, præter naturam à purgantibus itatæ & affectæ, pristini officii immemo-, serum copiosius de sanguine ad intesti-rum cavitatem separant. Et inde abdo-nis tormina, purgationem utplurimùm ncomitantia, dependere judicandum est, primis in scorbuticis, sero acriore exi-nte.

§. XI.

Per jam commemoratas vias sive mea-pituita p. n. in sanguine hærens itidem cuatur, sed priùs attenuata, resoluta & eductionem præparata, ut subtilem & si porosam glandularum texturam trans-di queat, quod præcipit *Hippocrat. Aph. lib. 1.* inquiens: Πέπονα φαρμακεύειν κινέειν δεῖ, μὴ ὠμά, i. e. *concocta sen esta medicamento purgare ac movere rtet, non cruda.* Rectè proinde in ca-ochymicis & pituitosis procedunt Medi-si purgantibus alterantia, incidentia, lventia & pituitam ad egressum præpa-ia præmittunt, vel saltem immiscent, urgatio differri diutiùs nequeat.

XII.

§. XII.

In humidioribus & catarrhosis subjectis, si liquor seroso-lymphaticus in vasis suis præter naturam abundet, & propterea stagnet, â purgante assumto, additis simul resolventibus, commotus primùm per ductus lymphaticos & thoracicum massæ sanguineæ advehitur, cum eaque commiscetur, ut cor & pulmones simul transeat, & inde per truncum arteriæ magnæ descendentem, mesentericam arteriam ac ejus ramulos ad intestinorum glandulas milliares propellitur atque protruditur: Idem de diarrhœa aquosâ erit sentiendum. Propterea optimè succurrimus diarrhœæ serosæ diaphorericis, cum opiatis mixtis, serum ad intestina cum impetu ruens, ad corporis peripheriam ac cutem avertentibus atque per sudorem eliminantibus.

§. XIII.

Probabile etiam est, spiritus nostri corporis, ceu principium valdè activum ac resolvens, â purgante specialiter irritatos, quemvis humorem vitiosum, remotioribus quoq; in locis resolvere, ut sub forma vaporis in sanguinem possit reverti ac intestina

versus

rsus mediante circulatione propelli. Te-
tur hoc diarrhœa spontanea, morbum
ronicum sæpiùs solvens; ex quo *Hippo-
atis* dictum profectum videtur, quod *na-
ræ morborum sint medicatrices*, φύσιες τῶν
των ἰατρικαί. Naturam verò humanam
n aliter, quâm sub spirituum forma con-
i posse, docetur *in Instit. nostr. Reform.
b. I. Cap. I. §. 6. & 7.*

§. XIV.

Simili se habet modo cum aqua hydro-
orum, in cavitate abdominis stagnante,
guineque extravasato & coagulato, in di-
rsis corporis partibus hærente, quæ iti-
n per alvum sæpiùs aut spontè, aut co-
è expurgantur, uti illud quotidiana testa-
experientia. Sic *Schenckius* varias an-
tavit observationes, quod cruor â detrun-
is manibus pedibusque ad intestina re-
ndaverit; hinc dejectiones cruentæ fuê-
ubsecutæ. In corpore enim humano o-
ia sunt perspirabilia & transpirabilia,
gansque in corpus sumtum, in primis
tius, totum purgat hominem, nec non
rentes humores in extremitatibus par-
m resolvit ac divertit ad intestina.

§. XV.

Tertia in procemio adducta quæſt fuit, *quisnam purgantium ſit operandi m dus, & in quibus eorundem conſiſtat virt catharctica?* Quod prius attinet, ſſ tuendum, modum operandi in purgantib eſſe fermentativum, quam reſolutio & quefactio ſubſequuntur; quod probant ſſ tus producti, rugitus ac murmura ventr tenuesque excreti humores: Omnes eni viciſſitudines, reſolutiones & transmutati nes, ſecundum *Helmontium*, operâ fiu fermenti.

§. XVI.

Sic purgans medicamentum febri ac tâ, ardentique malignâ laboranti perpera ab empiricis exhibitum, ubi ſanguis jam tum in ſummo eſt fervore ac ebullitione efferveſcentiam ejus cum inſigni virium jactura adauget, & in præſentisſimum vit conjicit periculum; id quod inopinata mors ægrotantium ſæpiùs teſtata eſt. Pulſu etiam, aſſumto purgante, illoque operant frequentior ac celerior deprehenditur, pr certo argumento, maſſam ſanguineam, ſp ritusque ſive archeum, majorem ac conc

taɔic

tiorem motum resolutivum concepis-
r.

§. XVII.

Non verò purgantia medicamenta mo-
s fermentativos in corpore excitant blan-
s, suaves ac spiritibus sive naturæ nostræ
icos, sicuti vulgò dicta cordialia medica-
enta, i. e. balsamica & confortantia, v. g.
namomum, *moschus*, *ambra*, *margaritæ*,
ides pretiosi &c. quæ spiritus corrobo-
t, exhilarant, â peregrinis, morbosisque
is exuunt, atque amicabiles ideas, spiri-
nque luminosum illis imprimendo, vita-
n fermentationem adaugent: Sed potiùs
heum irritando, motusque fermentatio-
naturales perturbando, semper de vita-
te aliquid abradunt, in primis corruptis
moribus deficientibus, ut propterea *Hel-*
otius vim colliquativam illis tribuat, vid.
s *Tract.* quem appellat *Scabies & ulcera*
larum §. 7. *conclus.* 10.

§. XIIX.

Hinc est, quod post purgationem sem-
corpus debilitetur, dispersis, absumtis
ie defatigatis spiritibus. Circumspectè
pptereà purgantibus procedendum phar-

macis, nec citra necessitatem & accuratti-
mam indicationem, ex signis & circumst-
tiis desumtam, eadem adhibeantur: P-
gantium enim ideæ ita nostris spiritibus c-
trariantur, ut præternaturalis & peregri-
fermentatio in corpore excitetur, ita tam-
ut humores quantitate & qualitate sim-
peccantes (quandoque etiam utiles) ex-
to corpore ad intestina præcipiti lapsu rua-
Deinde etiam glandulæ intestinales sim-
à purgantibus stimulantur pro copiosi-
materiæ affluxu, quod superiùs monitu-
§. 10.

§. XIX.

Ideas purgantium recensitas si ac-
tollimus ac mortificamus, ipsam vim p-
gandi tollimus: Est autem *idea quali-
spiritualis, secundum quam qualitatis n-
mam & regulam spiritus limitatè agit, a-
quin actio spirituum esset magis universa-*
Sic ideæ effectrices & operatrices sunt om-
um rerum, & medicamentorum ideas -
tollit, ipsorum virtutes ac proprietates ex-
pat. De ideis plura vide apud *Helmont.* J-
Marc. Marci à Kronland/ it. in *Disput-
Transmut. metall. Cap. II. D. Crameri.*

§. X-

§. XX.

Non itaque purgantia manifestis & sa-
s tantùm agunt qualitalibus, motumque
one particularum irritantium in corpo-
solummodò excitant fermentativum,
s omnia salsa, vel amara, vel alcàlica &c.
m purgarent, sed potiùs, quatenus ideas
smodi purgatrices, quæ ad sensum sunt
ultæ, possident. Concedenda quidem
purgantibus alcalica quædam virtus, quia
rgia illorum ab acidis quibusvis, si non
ninò destruitur, saltem mitigatur & in-
gitur. Hanc autem ad purgationem
insufficientem, quotidiana testatur ex-
ientia, alioquin *ocul. 69. ß.* ✱ ⊖ ♀*r.*
que etiam purgarent.

§. XXI.

Quamvis etiam purgantia secundum
Vissium resinâ acri, amariâ, plus minùs
sticâ constent, quidni eadem virtus pur-
di in *resina guajaci* sese manifestat, quàm
esina jalappæ & scammonii? Sic *myrrha*
minùs amaricat, quàm *aloë*, vim ta-
n alvum commorendi frustrá quis in illa
pectabit. *Flores & vitrum* ♁ *ij* ἄνω καὶ
ω purgant, licet sint insipida. *Reguli* ♁ *ij.*

globulus assumtus alvum movet, eodem ta-men pondere, viribusque nihil infractis rursus excernitur, ut effectum irradiati[...] citra particularum amissionem tantùm pra-stet. *Piper, zinziber, saliaque, lixiviosa* ingentem possident acredinem, non tamen alvum turbant ac commovent.

§. XXII.

Ex adductis igitur satis constare arbi-tror, aliunde virtutem purgantium depen-dere, quàm â principio salino, alcalico, sul-phureo &c. hoc autem secundum recentio-rum quosdam constituunt ideæ purgatrice[...] Si tamen in salino hæ concurrant principi[...] faciliùs in pituitosa, quam biliosa cacochy-mia eadem posse adhiberi, quis non videt[...] Repetantur, quæ superiùs §.6. sunt proposit[...]

CAPUT SECUNDUM

AN, QUID, QUANTUM, QUOMOD[O] ET QUANDO PURGANDUM?

§. I.

THeoriâ, circa purgationem co-gnitu necessariâ, brevissimè pe[r]-acta, necesse est, ut hoc capite illa, quæ circa praxin & dextrum purgantium usum, quinque nimirum [...]

quem[...]

entibus ſcopis comprehenſum, *An*, *Quid*, *uantum*, *Quomodo & Quando* purgatio inſtituenda, ſunt occupata, proponantur explicentur.

§. II.

An igitur purgatione opus ſit, tum orbi materia peccans, tum ægrotantis vis indicant: Si enim morbus â cacochymia pendeat, viriumque robur, i. e. vigor ſpiuum adhuc adſit, omninò purgatione os erit. Nam humor, cujus prava quali per alterantia corrigi nequit, præ primis aſſior & in primis viis adhuc ſubſiſtens, r nullum aliud auxilium commodiùs, àm per purgans vel vomitorum (ſi nimim ad vomitum inclinet patiens) ex corre eliminatur; præſertim Archæo ſ. Narâ adhuc valente, ut medicamenti vim in tum deducere poſſit.

§. III.

E contrario verò in morbis idealibus archealibus, febribusque malignis, quò iam variolæ atq; morbilli pertinent, prors ab omni purgatioue eſt abſtinendum. eæ igitur morboſæ, ſpiritibus impreſſæ, ctiùs per ſpecifica alterantia invertuntur

& expelluntur, quàm per purgantia. In ſ
perioribus etiam dictum eſt purgantiu
operandi modum in peregrino conſiſte
fermentativo motu; in febribus hinc m
lignis nullo modo adhibenda ſunt purga
tia: Sanguinis enim fervorem, ſpiritu
orgaſmum & morbi malignitatem ad
gent. Sed exanthematum eruptiones
hiſce affectibus diaphoretica indicant,
hæc, Naturam imitando, fermentum ma
gnum morboſum, unà cum aliis ſangui
excrementis, à centro quaſi ad peripheria
expellant.

§. IV.

Ex ſuperiùs commemoratis conſta
quod purgantia medicamenta facultate
colliquativam, *Galeno* atque *Helmontio*
ſtibus, obtineant; hinc planè non conv
niunt, niſi cacochymia, humorumque a
ſit abundantia. Colliquant enim purga
tia ſecundum laudatos Autores, ipſamq
experientiam ac putrefaciunt, ſi exhibe
tur nullâ præſente cacohymiâ, nutrime
tum chyloſum, ſanguinem, imò ipſam m
liorem carnoſam ſubſtantiam, fibris muſc
laribus intertextam, ſimulque ſpiritus diſſ
pa

nt ac avolare faciunt: Sequuntur proin- purgationem intempestivè usurpatam, ophia, animi deliquium, vertigo, tormi- , virium jactura, convulsiones interdum, t adminium totius corporis lassitudo, od quotidiana testatur experientia.

§. V.

Et licet humorum corruptorum adsit uudantia, si tamen vires, morbi ejusque usarum vehementiâ sint prostratæ, purga- nullo modo est attentanda. Fieri enim n potest, quin Natura, jam tum absum- ne spiritum imbecillis, (quippè qui â fa- ltate pharmacorum, sibi inimicorum, la- suntur ac dissipantur) reddita, morbo, usque causæ vehementiæ succumbat & agis magisque deperdatur. Quid au- m per Naturam modò dictam intelliga- r, sive quomodô illa in foro Medico sit ncipienda, vid. in *Instit. nostr. reform.* co superiùs allegato. Ad morbi igitur ateriam, viriumque vigorem & integrita- m in applicatione purgantium medica- entorum simul est respiciendum.

§. VI.

Sed quæritur, quid sit agendum in fe-

bribus summè acutis atque malignis, ubi coincidit alvi obstructio & vires simul sunt prostratæ? Respondetur, modicam alvi obstructionem omni vacare periculo in hisce affectibus, & præstare alvum esse sicciorem quàm nimis fluidam. Deinde, ne obstructio augeatur in perniciem ægrotantis, alvus balano sive suppositorio est solicitanda; hoc verò nihil efficiente, illa laxa est reddenda clystere emolliente atque simul stimulante, nisi aliæ circumstantiæ, v. g. exanthematum eruptiones &c. ejus usum interdicant, vid. Observationes practicas. Præterità tamen hyeme aliquoties in variolis, etiam eruptionis tempore, felici cum successu, clysteres applicari curavi; non autem admodùm erant malignæ variolæ, quod probè notandum: Omnes enim, imò minimæ quoque circumstantiæ, in morborum medela probè sunt attendendæ.

§. VII.

Nitrata etiam, v. g. ⊕ ♁ *at. vel salte depuratum, ant tabulat. s. lap. prunell.* dia-phoreticis, bezoardicis, aliisque addita, alvum constituunt, vel saltem servant laxam. Quodsi verò hæc nihil præstiterint, patien-

etiam

am ob pudorem, vel aliud metuens periculum, à clyſmate abhorreat, *pilularum a. tiç. Francofurt.* X.XII. vel XV. exhibeant, utpotè fermento putredinali ſimul re- entium. In ſiccioribus autem magis nducit *decoctum Tamarindorum cum m. ♀i, vel prunorum Damaſcen. cum fo- rum ſennæ modico*, ſi non adſit magna lignitas; ab hiſce enim, ceu eccoproti- , ſcybala duriora commodè emolliuntur expelluntur, ut alvus aperta laxaque con- uantur, nec eſt, ut à leniorum ejusmodi de majore ſanguinis ebullitione, ſpiri- umque abſumtione metuas.

§. VIII.

Quid ſit purgandum, morbi materia & iqua coincidentia ſymptomata & circum- ntiæ, à temperamento, ætate, vitæ gene- anni tempore atque diæta præcedente ſumtæ, indicant. Temperamenti doctri- m, ſecundum recentiorum mentem ex- ſitam, vide in *Inſtitut. noſtr. Reformatis, Medicina Hippocr. Chymica Ettmülleri.* mperamentum itaque cholericum, mor- que à bile, præternaturaliter ſe habente, ovenientes, v. g. *icterus flavus, vomitus bi-* *lioſus*

liosus, febris ardens biliosa non maligna & bilem, nec ullum alium humorem, evacuandam esse indicant. Melancholicum temperamentum, quod hodiè rectisſimè ab acido abundante vel exorbitante derivatur, acidi exclusionem petit. Morbi aquosi serum superfluum expurgari jubent. Phlegmaticus corporis habitus pituitam ex corpore eliminandam esse monstrat.

§. IX.

Verùm dum discrimen humoris evacuandi, in praxi probè observandum agnosco, mens mea non est, dari secundum Galenicos ita strictè electivè purgantia, quæ ex insita sua natura, vel solam bilem, vel pituitam &c. nec ullum alium evacuant humorem, sicuti §. 5. 6. Cap. I. hæc opinio fuit collisa; sed purgantium acredines salinoresinosæ resolventes atque irritandi potentiæ ratione idearum maximè veniunt considerandæ. Sic etiam alia, purgantibus addita, hunc vel illum humorem ad eductionem magis reddunt dispositum.

§. X.

Per exempla res ulteriùs explanari magisque evidens reddi potest; ita in biliosi

no-

n tantùm conveniunt veterum cholago-
, ut quæ in majori doſi aſſumta indiſcri-
natim etiam alios ſimul evacuant humo-
s, ſed lenia ſaltem, aut fortiora in minori
plicata, additis ſimul, quæ bilis orgaſmum
pediunt, qualia ſunt, *cremor & cryſtalli*
r. ♁ diaph. & ⊕ ♁atum. Bilis enim
humor acris & oleoſo-ſalinus, qui à le-
ſimo purgante aſſumto facilè movetur
expurgatur. Errant propterea, qui pro
e evacuanda, addunt vel olea deſtill. vel
ia lixivioſa, v. g. *abſinth fumar. card.*
n. &c. hæc enim & ſimilia bilis orga-
um augent, pituitamque ſimul incidunt
que abradunt inteſtinalem, quæ in chole-
is interdum aliquo modo deficere ſolet.
empli gratiâ pulvis pro bile avacuanda
talis:

℞. *Crem. ♀r. gr. XV.*
Diagrid. ſ. ſcammon. ♁r. gr. vij.
♁ diaph. gr. v. M. F. Pulvis.

§. XI.

Quodſi *diagridii* doſis augeatur & loco
emoris ♀ri ⊖ abſinthii addatur, idem me-
camentum reliquos humores magis ſimul
ucit. Exercitii gratiâ ſit hauſtus eva-
ans bilem talis: ℞. *Aq.*

℞. *Aq. cichor. unc. j.*
fœnic. unc. ß,
Crem. ♀r. gr. XV.
♂ diaph. gr. vj.
Electuar. cholagog. Sylv. dr. ij.
M. F. Haustus.

Alius.

℞. *Rhabarbar. orient. dr. iß.*
Fol. Senn. Alex. ſ. ſt. dr. j.
Crem. ♀r. dr. ß.
Fl. violar. p. ij. infund.
in aq. cichor, unc. iij.
ſtent per noctem in loco tepido,
colat. expreſſ. add.
Syr. roſar. ſolut. dr. ij.
⊕ depur. gr. v. M. F. Hauſtus.

§. XII.

Si melancholicus, vel hypochondriacus, utpotè in quibus ſemper acidum peccat, eſt purgandus, doſis purgantium augeatur: Difficillimè enim tales purgantur, quoniam acida virtutem purgatricem infringunt, ideasque purgantium ſpecificas planè invertunt. Immiſceri propterea hoc in paſſu purgantibus debent, quæ acidum corrigunt, ſecundum admonitionem *Sylvii*. Humores enim acidi cum intenſiſſimis doloribus ex corpore expurgantur, niſi acri-

mo-

nia illorum anteà, vel simul, mitigetur corrigatur. Commodè verò purganti- pro acido temperando adduntur olea- stillata aromatica, v. g. *ol. cort. citr. au- t. cinnam. anis. fœnic. macis, cariophyll. &c.* m salia lixiviosa, ut ⊖ ♀*r. absinth. fumar. ic. &c.* in primis ♁ *diaph. simpl. vel tum, limatura ♂t. præpar. croc. ♂t. rit. ac crocus orient. atque castoreum.* latenùs verò acidula laxativa, qualia *cremor & crystalli* ♀*ri*, simul addan-

§. XIII.

Pro sero atque pituita evacuanda for- a itidem requiruntur purgantia, vel sal- major eorundam dosis, additis simul, pituitam admodùm tenacem ac gluti- m incidunt, resolvunt & quasi abradunt. præ aliis præstant modò dicta salia lixi- , it. ♀*rus* ⊕*latus*, qui simul stimulan- purgantium virtutes adauget. Notan- etiam, aquas hydropicorum non quæ- ducere purgantia, sed tantùm fortis- , v. g. *flores* ♁ *ij rubri*, qui cum ✱ sub- ntur, *gummi gutte, ejusque magisterium irigis nostratis, esulæ &c.* Commodè

etiam

etiam purgantibus ad pituitam evacuandi addunturolea aromatica, partim pro fla-bus discutiendis & pituita resolvenda; partim verò pro fibrarum in visceribus membranosis corroboratione, ut eò meliùs sordes expellantur.

§. XIV.

Ex voto etiam succedit purgatio, si pro phlegmate educendo purgantibus adduntur gummosa & resinosa medicamenta, v.g. *gummi masticbis*, *gummi galbanum*, *ammoniacum*, *bdellium &c.* Hæc enim & similia propter particularum convenientiam & analogiam, sese pituitæ viscosæ associant, illa primùm colliquefiat, deinde verò per purgantia & stimulantia simul abradatur, Archeusque ad expulsionem, commodam excretionem commoveatur. Huic etiam scopo purgantium viscosa extra, v. g. *rad. turpeth. hellebor. nigr. panchym. Croll. &c.* it. *resina scammonij & jalappæ*, inserviunt.

§. XV.

Sicuti autem circa omnem medicamentorum applicationem, ita in primis circa purgantium dextrum adhibendi modum variæ veniunt considerandæ circumstanti-

int

er quas agmen ducit ætas, cujus maxima
benda eſt ratio; ex hac enim doſis pur-
ntium determinatur. Sic in junioribus
ritus ſunt agiliores, & fibræ teneriores,
noresque magis mobiles; infimam pro-
reà in infantili ætate conſtituti deſide-
t doſin, adultiores majorem. Senes è
ntrario ob ſpirituum torporem, fibrarum
ſſitiem, humorumque contumaciam,
mam utplurimùm purgantium doſin
uirunt. Infantes etiam ac pueri magis
t ſeroſi, adulti bilioſi, ſenes verò pitui-
.

§. XVI.

Ita quoque vitæ genus, ſive diæta præ-
ens, Medicum de humore peccante cer-
em reddere poteſt; purgandus enim,
i calidiori, cibisque multis aromatibus
ditis asſuefactus, bile utplurimùm abun-
it. E contrario pituita peccabit, ſi æger
o viſcoſo, v. g. *piſcibus marinis, carne*
lâ, fumo induratâ, caſeo recenti ac te-
i &c. uſus fuerit, it. in aëre humidiore
vixerit, vitæque ſedentariæ asſuefactus
rit. Acida ſæpiùs aſſumta melancho-
n, ſive humorem acidum, abundare fa-

ciunt; *tale* enim, secundum axioma, *ut* *additum, magis efficax evadit.* Potus pr ter modum & copiosior assumtus, tonun viscerum enervat, spiritum illorum insitu obruendo; unde serum p. n. in corpor augetur atque stagnat, in futurum hydrop cum affectum. Notandum autem, qu juxta hæcce aliæ circumstantiæ atque sig simul quoque sint consideranda, secundu effatum *Galeni*, ita scribentis: χρὴ πάντ θεάσασθαι τὰ σημεῖα, καὶ μὴ πιστεύειν ἑνί, i. *Omnia signa simul sunt consideranda, nec* *soli fides habenda.*

§. XVII.

Circa purgantium medicamentoru applicationem tempus anni quoque, eju que tempestatem probè consideret Medic necesse est; inde enim, qualis humor pe cet, proptereàque sit evacuandus, aliqu modo constabit. Sic verno tempore ex niversali aëris alteratione & nova ferme tatione, in omnibus sublunaribus, (quæ a terationi motuique fermentativo sunt su jecta) maximè verò in humano corpor fermentationes augentur, ac de novo qua accenduntur. Unde omnes humores simu

audabiles, & excrementitii, in cachecticis
valetudinariis orgaſmum patiuntur:
are verno tempore (reliquis circum-
ıtiis ſimul probè conſideratis) purgatio
chymagoga eſt inſtituenda.

§. XIIX.

Hoc anni tempore valetudinarii, v. g.
biſici, ſcorbutici, hypochondriaci &c. ex
: humorum motu fermentativo aucto
jores incommoditates, atrocioresque do-
es perſentiſcunt; unde malum illorum
raveſcit. Ex eadem etiam cauſa febres
entes malignæ, quæ verno anni tempo-
olent eſſe familiares, natales ſuos obti-
ıt. Rectè itaque procedunt Medici, ſi
npore verno purgantibus talia immiſcent,
e ſanguinis orgaſmum impediunt, qualia
t, ⦶ 🜿*atum. cremor & cryſtalli* ♀*ri,* 🜿
ob. limat. ♂*t. præp. ocul.* ♋ *&c.* pro cir-
nſtantiarum varietate.

§. XIX.

Æſtate, & quidem tempeſtate calidio-
dum humores ob nimiam rarefactionem
eſtuant, præſtat à purgantibus abſtinere,
am eadem cum patientis periculo ac de-
nento adhibere: Quodſi verò morbi

 ſtatus

ſtatus purgans requirat, bilis, cæteris tamen paribus, ceu humor acrior atque calidior erit evacuanda, & quidem pharmaco leniore, additis ſimul ejus orgaſmum præcaventibus. Autumnus autem, ceu temperatior quoad calorem, & humidior anni pars, ſſerum, pituitamque abundare, hosque propterea humores ex corpore eliminandos eſſe, indicat.

§. XX.

Hyeme, & quidem frigore inclementiore, cùm humores nimis ſunt tenaces, ſpiſſi ac contumaces, malè purgatio inſtituitur, nec citra incommoditatem: Secundum *Hippocratem* enim *cocta ac præparata ſunt expurganda, non verò cruda.* Quodſi verò morbi alicujus chronici materia, quæ utplurimùm erit pituita tenax, purgationem indicabit, fortiora conveniunt purgantia, & quidem in forma pilulari, ſive vini medicati, additis ſimul aromaticis atque ſalinis, pituitam glutinoſam ad eductionem præparantibus: Hoc enim modo non cruda, ſed cocta atque præparata evacuamus cum Naturæ levamine.

§. XXI.

Si itaque constat, quod purgatio sit in-
tuenda, qualisque humor sit evacuandus,
liberandum de purgationis *quantitate*,
ca purgantium dosin occupata. Hanc
bis definit humoris copia, qualitas & situs,
iuni robur, ægri intemperies, habitus cor-
ris, ætas, purgandi consuetudo, vitæ ge-
s, sexus, regio & ipsum anni tempus: Huc
rtinent omnia illa, quæ hactenùs in me-
im sunt prolata. Si enim corpus multis
cidis & crassis humoribus est refertum,
que in partibus remotioribus hærent, vi-
: constant, ægerque robore aliquali ad-
c pollet, nec admodùm gracilis aut pin-
is est, consistentem, vel senilem obtinet
atem &c. purgatio paulò validior est in-
uenda; præstat tamen, per epicrasin sive
ccessivè purgare. Si verò recensitæ cir-
mstantiæ contrario se habeant modo, mi-
rem Medicus purgantium dosin ad-
beat.

§. XXII.

Per vocem *quomodò* nimirum purgatio
instituenda, forma medicamentorum
elligitur externa, circa applicationem

purgantium itidem observanda, quæ in iil
rum consistit consistentia. Si igitur solu
modò alvus laxa est servanda, nec scopus,
dicatioque adest purgandi, conveniunt
tem *juscula, infusa, syrupique* laxantes &
vum leniter subducentes. Quodsi ve
purgandi simul adsit intentio, *pulveres,*
cocta, electuaria, infusa & syrupi adhibe
tur, sed paulò fortiores. Tandem si h
mores crassi ac viscosi, (pituita vitrea)
dissitis & remotioribus etiam locis sunt e
cuandi, forma *pilularum, vinique medic*
est eligenda. Deinde etiam per voce
quomodò intelligi potest delectus purgat
tionis, an nimirum ἄνω vel κάτω tentan
sit purgatio, quod ex variis patefit circu
stantiis, probè à Medico Practico consi
randis.

§. XXIII.

Per verbum *Quando*, tempus deno
tur, quo commodè & tutò purgatio fieri
institui potest: Illud autem nobis indi
anni tempus, dies & diei hora, quatuorq
tempora morborum. *In vere enim qui*
venæsectio, aut purgatio prodest, bis se c
da est vena & purgatio imperanda secu
d

m *Hippocrat. Aphorismum 47. Sect. VI.*
uidem ex æquo temperatum tum est cor-
s, & in novo fermentationis motu exi-
ns, circa humorum excrementitiorum
pactionem atque ejectionem est occupa-
n: Hoc videre licet in valetudinariis,
i verno tempore diarrhœam, fluxum hæ-
orrhoidalem, tussim humidam, cum maxi-
a materiæ pituitosæ ejectione conjunctam,
anthematum atque macularum variarum,
bieique eruptionem solent experiri, cum
aximo Naturæ levamine.

§. XXIV.

Post ver *autumnus* purgationibus maxi-
è idoneus est, cùm sæpè in veris naturam
uoad tempestatem scilicet) permutetur,
imoresque eo anni tempore, ob fructuum
orariorum ingurgitationem, hominum-
ue ingluviem, utplurimùm abundare &
rgescere soleant. Minus ad corpus hu-
anum purgandum accommodata est hy-
ns, ob nimiam aëris inclementiam, sive
igus magis intensum: Per hoc enim hu-
ores tenaces magis inspissantur, immobi-
sque redduntur, ut vix loco moveri pos-
nt, citra maximum hominis detrimentum.

Cùm etiam brumali tempore frequenti corporis denudatio parum commodi corpori nostro largiatur, præstat, ex hac quoque ratione à purgatione abstinere, nisi summa urgeat necessitas.

§. XXV.

Æstate itidem rectè, in primis aëre nimium exæstuante, à purgantibus abstinetur; vires enim eo tempore ex ambientis aëris æstu exsolvuntur, & corpora per se satis calida, per facultatem purgantium medicamentorum fermentandi, & per consequens calefaciendi, magis alterantur, ut maxima Naturæ violentia inferatur. Hujus etiam motus invertitur, dum aër calidior humores attenuans, eosdem ad circumferentiam quasi allicit; pharmacum è contrario purgans ad centrum denuò revocat. Unde nonnunquám fieri solet, ut complures hoc anni tempore perperam purgati, diversis deinceps febribus corripiantur.

§. XXVI.

Nec Medico contemnenda sunt Solstitia, Æquinoctia, Ecclipses solares & lunares item Lunæ quadraturæ, cùm experientia testetur, ægrotantes aliquam inde (quatenus

aë

r ex hiſce mutationem ſubit) alteratio-
m perſentiſcere, diverſimodè etiam me-
amentorum, in primis purgantium, ſuc-
ſum reſpondere: Complures etiam ex
teribus & recentioribus, imò ipſum *Hip-
ratem* atque *Galenum* hæcce obſervâſſe,
imus.

§. XXVII.

Verùm quæ hactenùs de anni tempo-
us & aſtrorum obſervationibus ſunt in
dium prolata, tantùm de purgatione,
ſervationis gratiâ inſtituenda, intellectũ
o. Inconſultum enim foret, ſi Medicus
gationis manifeſtas obſervaret indicatio-
, vellet tamen ob ſolum anni tempus in-
veniens, aut diverſas aſtrorum poſitio-
, purgationem differre, cunctandoque
mittere, ut intereà morbus non tantùm
raveſcat, verùm etiam planè patientem
ulet; καιρὸς enim ὀξὺς ſecundum *Apho-
Hippocr. 1.* Benè propterea diſtinguitur
er tempus neceſſitatis & electionis: Ne-
ſitas enim caret lege, virique prudentis
inter duo mala minus eligere.

§. XXIIX.

Dierum quoque criticorum obſerva-

tionem, circa propinanda purgantia, maxi-
mè utilem esse, monent veteres, criticoque
die â purgantium usu omninò abstinendum
esse, jubent: Verùm de criticis diebus do-
ctrina admodùm infirmo nititur fundamen-
to, nec video, quomodò dierum numerus
aliquid pro movendis humoribus conferre
queat. Accedit, quod in acutis morbis (in
quibus tamen purgare non licet) raròin
principio ad ægrum vocetur Medicus, &
hinc, licet Naturæ conatum, criticasque vi-
deat evacuationes, nesciat, quo die illa eve-
niant. Deinde etiam, licet ordo dierum
probè observetur, raro notabilis quædam al-
teratio & Naturæ motus in ægris contin[...]
die vel septimo, vel nono &c. Nisi in men-
te illius, qui præconceptâ opinione est [...]
ptus. Suadendum tamen, si signa mani[...]
sta adsint criseos, quo etiam die illa dem[...]
contigerit, ut ab usu purgantium abstin[...]
tur. Nam crisis alioquin, quam Natu[...]
fortè per hæmorrhagiam narium, vel per [...]
sicam, vel per vomitum, vel per sudores [...]
molitur, impediretur, motusque excita[...]
tur contrarius cum maximo patientis de[...]
mento.

§. XX[...]

§. XXIX.

Inter diei horas matutina reliquis an-
ferenda eſt ; ſiquidem â Solis ortu ſan-
is & reliqui humorum exſuſcitantur, ipſo-
e diei lumine, â ſpiritu nimirum æthe-
o tenuiore ac luminoſo attenuantur, ut ad
xum, exitumque aptiores reddantur.
empore etiam matutino, ventriculoque
ibis vacuo, purgantium virtus non in-
ngitur. Multi tamen Practicorum hodiè
ulas purgantes, (quas vocant Nacht-
illen) tempore veſpertino, cubitum ituris
m optimo propinant ſucceſſu.

§. XXX.

Quatuor morborum tempora vulgò â
edicis recenſentur, principium nimirum,
gmentum, ſtatus & declinatio. In mor-
itaque principio, dum vires adhuc ſunt
egræ, nec materia cruda, ſed potiùs ſecun-
m *Hippocratem* turget, i. e. reſoluta eſt
fermenteſcens, parataque ad eductio-
m, purgantia conveniunt. Quodſi verò
chronicis morbis materia ſit cruda, tenax
que viſcoſa, incidentia, præparantia & di-
ſtiva purgantibus ſunt præmittenda.

§. XXXI.

§. XXXI.

De augmento idem, quod de prin pio dictum, eſt ſtatuendum, in primis in bribus non malignis, atque chronicis aff ctibus; in febribus enim malignis cane p jus & angue evitentur purgantia, ob cau ſuprà commemoratas. Hoc itaque m bi tempore, ſi materia abundet, crudelli que producat ſymptomata, purgatio eſt m turanda, ne ſpiritus à materiæ evacuan quantitate obruantur, patiensque inde v periclitetur.

§. XXXII.

In ſtatu nullum exhibendum eſſe pu gans, monet *Hippocrates in Aphoriſ. 29. Sec* 2. inquiens: *Incipientibus morbis, ſi qu movendum eſſe videtur, move, iis enim n gentibus quieſcere ſatiùs eſt.* Circa prin pium enim & finem morborum ſymptom ta obſervantur mitiora, in ſtatu verò veh mentiora. In vigore quoque vires adm dùm ſunt proſtratæ, atque Archeus à m teriæ peccantis ſubactione & expulſione circa quas eo tempore eſt maximè occup tus, nullatenùs avocandus eſt.

§. XXXIII

§. XXXIII.

E contrario in declinatione morborum um est dubium, materiam morbificam atura subactam, attamen in corpore adhærentem, tutò per purgans & pos- debere evacuari, ut à futuro morbo ens præservetur, nec recidivum patia- Deinde etiam vires faciliùs restauran- si materia vitiosa, quæ oneri alioquin Naturæ, ex corpore hoc modo elimina- siquidem Medicus, ceu Naturæ mini- eandem adjuvare tenetur.

§. XXXIV.

In omni quoque evacuatione locus, per n fieri debet, diligenter considerandus *Quæ enim ducenda sunt, quò maximè ura viam affectat, illuc ducantur per loca ucibilia* secundum *Aphoris. Hippocr. 21* . Locum autem purgationis in primis cant, pars affecta, patientis aptitudo & nstitutio. Plura de hisce videri poterunt in libris Practicorum.



CA-

CAPUT TERTIUM

SELECTIORA PURGANTIA, ILLORUM FORMULAS ET REGIMEN CIRCA PURGATIONEM EXHIBET.

§. I.


Ntequàm ſelectiora purgantia, illorumque formulas, exemplum, uti in Prooemi promiſi, proponam, paucu veniunt præmonenda: Qu nimirum primò cuivis Practico pro contra ctiore apparatu & privata diſpenſatione omnibus purgantibus ſufficiant *aloëtica, jj lappina, ſcammoneata, & ſennæ folia* pro in fuſis & decoctis ; ubi autem Medicus fo mulas ſuas in Pharmacopolia tranſcriber tenetur, ex hactenùs uſitatis ſelectus qu que inſtituatur, neceſſe eſt. Deinde etia purgantia ante uſum ac aſſumtionem di genti Pharmacopoei manu ſecundum leg & præcepta pharmacevtica probè ſunt co rigenda atque præparanda.

§. II.

Dum enim Medicorum quidam in præſcriptione vel compoſitione purgan addunt olea deſtillata, aliaque pro correcti

mi

, illud inconſultum fieri videtur, cùm
gantia nullam inde correctionem & mu-
onem percipiant; niſi quod ſalia quan-
que, ſi conditio peccantis humoris per-
tit, catharcticis addita, viſcoſiores jalap-
, aliorumque reſinorum particulas, inci-
t atque attenuent. Non incommodè
en purgantibus olea aromatica deſtillata
untur, vel aromata in ſubſtantia ipſis im-
centur in affectibus frigidioribus, uti in
erioribus dictum; partim pro phlegmate
lvendo, partim verò ut flatus, qui in
e ſubjectis à purgante ſimul excitari ſo-
, diſcutiantur, item ut ventriculi robur
ſervetur.

§. III.

Quoniam optima purgantium præpa-
o inſtituitur per digeſtionem atque ex-
tionem; ex ſelectioribus vulgò in offici-
venalibus, primum locum merentur ex-
ta ſequentia, nimirum *panchymagogum*
llij, Rhabarb. Fol. ſennæ, Rad. helleb. nigr.
ethi, &c. item pro ſtimulo *colocynthidis*
actum: Deinde conveniunt quoque,
na jalappæ & ſcammonij, it. *aloë roſata*
iolata. De aloëticis autem notandum,
quod

quod cautè adhiberi debeant in ſubjectis
hæmorrhagias pronis ; ſiquidem experie
tia teſtatur, quod hæmoptyci, mulieresq
inordinato vel aucto menſium fluxu lab
rantes , non ſemel noxam inde paſſæ ſu
Aliàs benè conveniunt in capitis, oculoru
que affectibus, item in menſium obſtructi
ne, hæmorrhoidibusque proritandis ac flu
libus reddendis.

§. IV.

Recenſita autem potisſimum adhibe
tur in forma pilulari, illisque commodè p
humorum correctione & reſolutione a
duntur, ⊕l. ♂t. *ad albed. calcinatum* ,
diaph. ſimpl. & *♂atum atque ☿r. dulc*
qui egregius eſt, ubi in remotioribus co
poris partibus contumacisſimæ reperiunt
obſtructiones & humorum ſtagnation
Formulæ e.g. ſint ſequentes:

℞. *Extr. panchymag. Croll. gr. xij.*
colocynthid. gr. ij.
Caſtor. optim.
♁ diaph. ♂at. ā. gr. iij.
M. F. c. Tinct. tart. Pilulæ
No. XV. in aurand. pro una doſi.

W

Vel

℞. *Aloës rosat. vel violat.*
☿ r. dulc. ā. scrup. ß.
Res. jalapp. gr. vj.
Ol. absinth. destill. gt. j.
M. F. c. Elixir. propr.
s. acid. Pilul. No. xvij.
pulv. cinnam. adsperg. pro una dosi.

Vel

℞. *Extr. Rhabarb.*
Fol. senn.
rad. helleb. nigr. ā. scrup. ß.
colocynthid. gr. iij.
Resin. scammon.
jalapp. ā. gr. xij.
⊖l. ♂t. ad alb. calcin. gr. xv.
Croc. orient. gr. viij.
Ol. anis. gt. vj.
M. F. c. ß. fænicul. Pilul.
No. LX. fol. ☾ næ obducanthr
pro quatuor dosibus.

§. V.

Ad aquas hydropicorum educendas erunt grana aliquot præcedentibus formulis addi de *Magisterio gummi gutt. vel*

convenientе illis admiſceatur, facili nego electuaria confici queant ; tamen ad dem conficienda ex ſelectioribus in offi nis paratis conveniunt, *Elect. diacatholi cum, cholagogum, Phlegmagogum & hyd gogum Sylvii*, it. *ſyrupus roſar. ſolutiv de manna laxativus* (pro infantibu *diaſennæ & de cichor. cum rhabarbar* additis ſimul quibusdam ex pulveribu modò propoſitis. Quodſi addantur aq appropriatæ deſtillatæ, nimirum *cichor fl. acaciæ, fœnicul. &c.* hauſtuli itidem exhiſce purgantes præparantur. Ad exem plum :

℞. *Elect. cholagog. vel phlegmag. vel hydrag. Sylv. dr. iiß.*
♂ diaph. gr. vj.
Crem. ♀r. ſcrup. j.
M. F. Electuar pro una doſi.

Vel

℞. *Elect. diacatholic. unc. ß.*
Pulv. rad. jalapp. ſcrup. j.
Elæoſacch. cinnam. ſcrup. ß.
M. F. Electuarium pro una doſi.

Ha

Haustus.

℞. *Syr. de cichor. c. rhabarb. dr. iij.*
Aq. fœnic.
fl. acac. ā. unc. j.
Diagrid.
♁ *diaph. ā. gr. vj.*
M. F. Haustus.

Alius

℞. *Aq. cichor.*
fl. acac.
fœnic. ā. dr. vj.
Ext. rhabarbar. scrup. j.
☿r. ⊕*lat. scrup. ß.*
Syr. diasenn. dr. ijß.
M. F. Haustus.

§. VIII.

Notandum, quod purgantium formu- modò traditæ sint imitandæ, non verò nendæ: Medici enim dogmatici est, gationes secundum præcepta superiùs lita instituere, & empirici sunt, qui for- las retinent medicamentorum in libris litas, non autem minimarum circum- tiarum, in horum appplicatione habent onem. Deinde, sicuti in adhibitione

purgantium præſtat, infra ſummam ſi
ſiſtere doſin; ita bono animo ſedulò m
neo, ne Practici juniores fortiores im
tuant purgationes cum maximo pati
tum detrimento, quàm vident p
ſcriptas.

§. IX.

Ex variis in hac civitate olim cir
purgationem commisſis erroribus, d
enormes caſus præ aliis annotavi, ubi p
mò Empiricus civi cuidam, piſcatori ni
rum, purgans dedit, â quo per octi
um, & quidem primo die plus, qu
quadrageſies, dejecit, &, niſi Medi
deinde fuiſſet adhibitus, forſan diem ob
ſet ſupremum. Deinde mulieri gravidæ f
tius etiam fuit ab alio exhibitum purga
â quo non tantùm abortum eſt paſſa,
etiam animam exſpiravit. Qualis cala
toſus & exitialis caſus hoc anno in noſt
civitate occurrerit? omnibus procul d
bio eſt notum, ubi Chirurgus quidam o
ciali bellico loco purgantis quicquam ex
buit, à quo primo die ſexageſies & ul
vomuit, totiesque dejecit: Inſequenti
d

bus horrenda ſubſecuta ſunt ſymptoma-
ut ſingultus continuus, iſchuria, vi-
n ſumma proſtratio, & demum vomi-
& dejectiones cruentæ usque ad mor-
. In cadavere ipſius aperto, ventri-
us & inteſtina externè livida & ſubni-
antia conſpiciebantur, in horum verò
tate ſuperficies eroſa & cruenta depre-
debatur.

§. X.

Licet autem interdum ſubjecta repe-
atur, quæ vel ob acidum abundans, vel
nimiam pituitæ viſcidæ copiam, vel ob
itus magis torpidos, vel ob fibras tena-
res & minùs mobiles difficulter purgen-
, cujus rei exempla ſæpiùs in praxi oc-
runt, præſtat, ut purganti, in minori doſi
ibito, alia tam alterantia, quàm pur-
tia, ſuperaddantur, quàm ut in prin-
o δραστικώτερα adhibeantur: Hoc enim
do purgatio per epicraſin ſecundum ad-
nitionem *Sylvij* tutò inſtituitur atque fe-
ter peragitur.

§. XI.

Ad decocta & infusa conficienda c… ducunt sequentia, nimirum *radix poly…dij, hellebori nigri, turpethi, mechoac…næ, rhabarbarum, folia sennæ,* ♀*rus c…dus & agaricus*, admixtis simul humecta…tibus, resolventibus & laxantibus secu…dum indicationes. Decocta sunt egreg… ubi vehementissimæ alvi adsunt obstructi…nes, fortioribus in alia forma nihil effici…tibus. Infusa verò (vina medicata) in chr…nicis conveniunt affectibus. Formulæ si… sequentes:

℞. *Rad. 5. aperient. ā. dr. ij.*
polypod. dr. iij.
turpeth. gummos. dr. iß.
Herb. violar.
malv. ā. mj.
Fl. chamomill.
meliloti. ā. mß.
Sem. anis.
fœnic. ā. dr. j.
Prun. Damasc. N. x.
Caricar. ping. N. vj.
Coq. in s. q. aq. simpl. sub finem add.

Fi…

Fol. senn. Alex. s. st. dr. v.
Colatur. fort. express. ℔iij. add.
Syr. rosar. solut. unc. iij.
☉ ♁at. dr. j. M. F. Apozema.

quo assumat patiens, sive purgandus gulis bihoriis haustulum, donec alvus a reddatur.

Vinum Medicatum.

℞. *Rad. helen.*
galang. ā. dr. iij.
hellebor. ingr.
mechoacann. ā. dr. ij.
Summit. absinth.
Fl. acac.
chamomill. Rom. ā. mß.
Fol. meliss. mj.
Senn. Alx. s. st. unc. j.
Agaric. leviss. dr. iiß.
Cortic. citr.
aurant. ā. dr. ij.
Cinnam. acut.
Sem. fœnic. ā. dr. iß.
Gran. cardamom. min.
Coriophyll. arom. ā. dr. j.

☉l. ♀r. scrup iiij. M. concis.
contus. G M. includant. sindon. rubr.
D. & S. Büschlein zu 2. Maß guten
Wein.

§. XII.

Plures ut addantur formulæ, non opu[s] esse videtur, cùm quilibet Artis Medic[æ] gnarus secundum præcepta, capite secund[o] proposita, easdem facili negotio compila[re] atque conscribere possit. Hoc saltem notandum, quod pro delicatioribus *resin[æ] jalappæ, vel scammonij gr. v. vel vj.* plu[ra], vel pauciora pro circumstantiis, ex su[perioribus] perioribus considerandis, in vitelli ovi pau[xillo] xillo dissolvi aut cum amygdalarum du[l]cium duabus vel tribus conteri, &, affus[a] sensim aquâ quâdem appropriatâ, v. g. *fœnic. cichorij &c.* ad unciam unam præ[ter] ter propter, in emulsionem gratissimam redigi queant, tantillo sacchari edulcoran[dam]. dam. Totidem etiam grana ex tempor[e] in spiritu vini rectificato dissolvi, & in for[ma] ma essentiæ, emulsionem abhorrentibu[s] in jusculo possunt propinari. Ejusmod[i]

etiam

am ſolutum, *ſyrupo de cinnamomo* modicè edulcoratum, citra juſculum commodè aſſumitur.

§. XIII.

Reliquum jam eſt, ut norma, ſecundùm quam ille, qui purgans aſſumſit, ſit regendus & gubernandus, obſervetur. Eſt autem talis, ut horâ unâ vel alterâ ab aſſumto purgante, juſculum calidum aſſumatur, pro meliori medicamenti purgantis diſſolutione: Ab ulteriori verò alimentorum aſſumtione eſt abſtinendum, ne ab hisce efficacia purgantis aſſumti infringatur ac obtundatur. Caveat etiam ſibi purgans ab animi pathematibus & aëris ambientis aſperioris, frigidiorisque inclementiâ, ne ſpiritus ab hisce æqui, ac â purgantibus commoti, convulſivos in corpore excitent motus. Præſtat corpus modicè moveri, quàm nimiæ quieti indulgere: ſomnus etiam, quantum fieri poteſt, in primis quando matutino tempore purgans eſt exhibitum, incipiente nimirum purgatione, evitetur, cùm per hunc motus par-

partium, tum internarum, tum externarum corporis humani retardetur, & per consequens purgatio aliquo modo impediatur.

FINIS.



JUSTI VESTI,

MED. D. & PROF. PUBL.

DOCTRINA

DE

MEDICAMENTORUM FORMULIS CONSCRIBENDIS,

lim in FORMA DISSERTATIONIS edita,

m verò, cùm hactenùs â multis fue-
it desiderata, revisa, aucta & in usum
Medicinæ Cultorum denuò pu-
blici juris facta.




PROŒMIUM.

ITa hodiè Medica Ars comparata eſt, ut ſecundum vera ipſius dogmata medelas inſtituentes, ucisſimis ſaltem, iisque ſelectiobus medicamentis contenti, quemnque feliciter aggredi morbum, mque ſummo cum ſucceſſu, cauſis orbificis probè obſervatis, ſuperare eant. Sicuti enim in toto terrarum be Eruditos viginti quatuor literis, riè interſe transpoſitis & permuta-, ingentia volumina conſcribere atie conſtruere, toto videmus die; Medicus etiam per compendium

ex totidem simplicibus selectiorib
perque experientiam comprobatis,
versimodè mixtis, elegantissimas m
dicamentorum formulas, omnib
indicationibus satisfacientes, ut ci
tutò atque jucundè medelæ institua
tur ac peragantur, concinnare pote
spretâ tantâ remediorum tum simp
cium, tum compositorum farragin
Per selectiora autem non intelligo h
perbolicè laudata arcana chymica
vulgò dicta universalia, quæ in pa
corum (thrasonum scilicet) sunt m
nu, & ad quæ comparanda permu
nimis maturè properant, illotisq
quasi manibus chymicos labores a
grediuntur, spretis non solùm nobili
simæ Chymicæ, sed totius etiam M
dicinæ fundamentis; sed ea, quæ
præclarissimis Medicis cum fruct
hact

ctenùs fuêre uſurpata atque multi-
gâ experientiâ comprobata: Sum-
um enim circa curationes morbo-
m arcanum in eo conſiſtere arbi-
or, ut Medicus probè cognoſcat cau-
morborum. Quamvis etiam in
orbis curandis, brevisſimâ com-
emoratâ viâ Medici incedentes
ræparando nimirum & diſpenſan-
comprobata ſelectiora & minoris
paratus medicamenta) & ſibi & pa-
ntibus meliùs conſulant, quàm ſi
olixis & pretioſis formulis marſu-
patientum evacuent, ſplendo-
mque pharmacopoliorum adau-
ant; ejusmodi tamen mos hodier-
m in diem invaluit, ut in celeber-
nis Germaniæ civitatibus, medica-
entorum ſuorum formulas in offi-
nas Pharmacopœorum tranſcribe-

re, illasque horum (qui tamen o
famuli atque miniſtri erant Medi
rum) cenſuræ utplurimùm ſubjic
teneantur. Ut autem Practici
niores iniquam hanc Pharmacop
orum cenſuram effugiant, nec
eſt, ut adhuc ſtudioſi, quicquid
elegantem medicamentorum form
lam pertinet, ſedulò addiſcant, ſi
que in hisce conſcribendis indies ex
ceant: Operam interim dabo,
præceptis, de Medicamentorum f
mulis (quas vulgò Recepta voca
conſcribendis, ſubſecuturis,
Philiatris inſer-
viam.



CAPUT PRIMUM.

De COMPOSITIONE MEDICAMENTORUM IN GENERE.

§. 1.

Licet autem simplicia medicamenta satis sufficientia ab *Helmontio Pharmacop. & Dispens. nov.* §. 5. statuantur, ad omnium morborum curation; necessaria tamen horum compositio ssimè est, vel ratione medicamenti us, vel patientis, cui exhibendum, vel rbi, vel denique Pharmacopœi, illud præantis & componentis.

§. 2. Et quidem ratione medicamenquoniam non omnibus indicationibus pter vires debiliores satisfacere unt simplicia; deinde etiam ingrati res atque sapores per addita svaviora sæs corriguntur ac obtunduntur.

§. 3. Ratione ægrotantis, propter symmatum varietatem, quibus composi o dicamento succurrere possumus, partis ctæ conditionem, ætatem, sexum &c.

aliasque circumstantias quarum minim probè est attendenda.

§. 4. Morbi ratione, ob multifa & sæpè contrarias indicationes, quibu prudenter satisfiat & in tempore succu tur, variorum medicamentorum app priatorum commixtio & compositio sū mè erit necessaria, ut unâ fideliâ duos, i plures parietes dealbare possimus.

§. 5. Pharmacopœorum autem ra ne, quatenùs Medicus prudens basin si maximè juvans aliis involvere comm potest, ne & illi habitum practicandi sib quirant, & Medicis deinde, & ægrotis, quâ & indoctâ suâ praxi noceant.

§. 6. Ad medicamentorum itaq; c positionem quatuor sequentia requirun Materia nimirum, Forma, Quantitas & M dus. Materiam remedii, quo agit M cus, constituunt in primis medicamen appropriata, i.e. morbo ratione indicant convenientia, quæ desumuntur è tri regno, Vegetabili, Animali & Minerali, goque dividuntur in chymica & Galeni item simplicia atque composita: Consi rantur verò eadem, quatenùs vulgò in

s benè præparata servantur atque ven-
tur.

§. 7. Medicamentorum compositorum
na duplex est, interna & externa; ab in-
a compositum obtinet denominatio-
, qualitasque ac quantitas ejus defini-
: Externa compositi est consistentia.
ma interna respectum habet ad virtutes
dicamentorum alternantes, evacuantes
ue specificas.

§. 8. Ratione formæ externæ sive con-
ntiæ, medicamenta parantur vel solida,
ulveres, pilulæ, morsuli &c. vel liquida,
otiones, emulsiones, decocta &c. vel me-
ut *electuaria, eclegmata &c.* Ita exter-
medicamentorum forma ad causam
rbificam accommodanda, nec parùm re-
, quâ quid exhibeatur formâ. Solida
n diutiùs in ventriculo commorantur
ardiùs operantur; liquidiora verò ma-
s sunt efficaciæ, & citiùs atque intimiùs
etrant: Media medio se habent modo.

§. 9. Quantitas medicamenti exhibendi
em duplex est, ratione tam componen-
quò ponderum doctrina pertinet, ex In-
tionibus repetenda) quàm compositi.

Inutroque respectus habendus ad comp[o]
totum & singulas ejus partes, id est, qu[an]
tum unâ vice de composito sit assum[en]
dum, & quænam singulorum ingredien[ti]
ordinaria dosis : Quæ autem triplex:
summa, infima & media, & præstat, sem[per]
infra summam subsistere dosin, in pri[mis]
ubi versamur circa opiata, vomitoria & [for]
tiora purgantia, quod probè observandu[m]

Lubet hîc Tabulam de medicamen[to]rum dosi suppeditare & solent vulgò præscribi.

Aq. ♌tæ simplices ab unc. j. ad ij. vel iij.
compositæ & c.v. ♌tæ ab unc.ß.
dr. vj. vel unc. j.
Aceta infus. vel ♌ta ab unc. ß. ad dr.
vel unc. j.
Condita â dr.iij. ad vj. vel unc. j.
Conservarum eadem dosis est.
Electuar.alterantia â dr. j. ad dr.ij.vel un[c.]
purgantia â dr.ij. ad unc.ß. vel d[r.]
Elixiria & Essent.â gt. xx. ad xxx. vel. xl.
vel â scrup. j. ad dr. ß. vel dr. j.
Essentiæ pretiosæ â gt. v. ad vij. vel x.
Extracta alter. â scrup. ß. ad srup.j. vel dr.
purg.eâdem dosi; excipiuntur au[t]

.. *belleb.nigr.* cujus doſ. â gr.vj.ad ſcrup.ß.
it. extr. *colocynth*, cujus doſ.â gr.ij.
ad iij. vel v.
ulæ â ſcrup. ß. ad ſcrup.j. vel dr. ß. Notandum autem, quod â recentioribus
rariùs vel nunquàm uſurpentur.
d. opat. á gr. ß. ad gr. j. vel ij.
es plantarum â p.j. ad ij. vel iij. & ſi in
copia adſint â mß. ad mj. in decoctis
& infuſis.
Chymici fortiores, ut ♁ ij. â gr. ij. ad jv.
vel gr. vj. debiliores, ut Fl. ♀ â ſcrup.ß.
ad ſcrup.j. vel dr. ß.
â mj. ad ij. vel iij.
ctus majores No. vel paribus, ut num. x.
paria tria, vel jv.
minores â dr. ij. ad unc.ß. vel unc j.
atinæ â dr. ij. ad unc. ß. vel dr. vj.
ides pretioſi â gr. iiij. ad vj. vel ſcrup. ß.
ignobiles â ſcrup.ß. ad ſcr.j. vel dr. ß.
na in decoctis â dr.ij.ad unc.ß. vel dr.vj.
uores, ut *C. C. ſuccin.* â gt. vj. ad ſcrup.ß.
vel gt. xv. & ſcrup.j.
hoh ab unc. ß. ad unc. j. vel unc. jß.
giſteria robor.â gr.v.ad ſcrup.ß.vel gr. xv.
purgantia â gr.iij.ad gr.vj vel ſcrup.ß.

MP. à ſcrup. ß. ad ſcrup. j. vel dr. ß.
Mixturæ (ut *ſimplex*) à ſcrup. j. ad dr. vel ſcrup. ij.
Olea infuſa ab unc. ß. ad dr. vj. vel unc.
expreſſ. à dr. ß. ad dr. j. vel dr. iß.
♌ata à gt. j. ad gt. v. vel. ſcrup. ß.
Elæoſacchara à gr. vj. ad ſcrup. ß. vel ſcrup.
Præparata à ſcrup. ß. ad ſcrup. j. vel dr. ß.
Pulv. & ſpecies alterantes à ſcrup. j. ad dr. ß. vel ſcrup. ij.
bezoardici à ſcrup. ß. ad ſcr. j. vel dr. ß.
purgantes eodem modo.
chymici à gr. v. ad ſcrup. ß. vel ſcrup.
emetici ♂ales ã. gr. ij. ad iij. vel v.
Reſinæ à ſcrup. ß. ad ſcrup. j. vel dr. ß.
Rob à dr. ij. ad dr. iij. vel unc. ß.
⊖lia fixa à ſcrup. ß. ad ſcrup. j. vel dr. ß.
vol. à gr. iij. ad vj. vel ſcrup. ß.
Semina à dr. ß. ad dr. j. vel ultra.
Syr. ab unc. ß. ad unc. j. vel unc. iß. ſive q. ſ. ad gratiam.
Species pro decoctis ab unc. j. ad ij. vel iij.
externæ à dr. ij. ad unc. ß. vel dr. vj.
Spiritus vegetabiles à dr. ß. ad dr. j. vel dr. iß.
animal. c. ſpir. vin. ♌. eodem modo.
per ſe ♌at. à ſcrup. ß. ad ſcr. j. vel. dr. ß.

mi

mineral. acidi à gt. v. ad ſcrup. ß. vel gt. xij.

dulcificat. ut ſp. ⊖dul. vel medii, *ut* ♀r. à ſcrup. ß. ad ſcrup. j. vel dr. ß.

cci à dr. ij. ad unc. ß. vel dr. vj.

rr. à ſcrup. j. ad dr. ß. vel dr. j.

nct. contractiores & nobiliores à ſcrup. ß. ad ſcrup. j. vel dr. ß.

dilutiores à dr. j. ij. vel iij.

ochiſci alterantes à ſcrup. j. ad dr. ß. vel ſcrup. ij.

albandal. à gr. ij. ad iij. vel v.

§. 10. Notandum, variare doſes commemoratas ratione ætatis, ſexus, virium, nporis anni, regionis & morbi ipſius; m determinandas illas eſſe ex formulam, in quibus adhibentur, conditione.

§. 11. In genere circa formulas medimentorum conficiendas obſervandum, imò, quod non omnia promiſcuè ſint conrenda, ſed quò pauciora fuerint ingreentia, eò elegantiorem, efficacioremque ri compoſitionem, juxta axioma: Quò id ſimplicius, eo melius.

§. 12. Dubia ſecundò & ex quibus periulum imminere poteſt, non ſunt uſurpan-

da, quod potissimum locum habet in ♄ libus & ☿ rialibus, non ritè præparatis: Ac curatam igitur cognitionem habeat Medi cus præparationum chymicarum ejus Phar macopœæ, quâ utitur in præscribendo.

§. 13. Tertiò obsoleta nimis, nec ad modùm vulgaria facilè usurpanda, sed re centiora & selectiora. Nauseabunda quan tò, summè amara, vel alio modo valdè in grata [v. g. *trohisci albandal*] in forma solli da debent exhiberi.

§. 14. Non in omnibus subjectis quint quovis remedio purgandum, sed delectus e instituendus, prout ægrotantis conditio i exigit: Hinc ex ægris interdum sciscitan dum, quánam potissimùm formula delectentur?



CAPUT SECUNDUM

De FORMULARUM ELEMENTIS.

§. 1.

MEdicamentorum interna forma costat basi ceu parte principali & minùs principalibus, ut adjuvante, dirigente & excipiente. Corrigentia meritò omittuntur, cùm omne medicamentum in præparatione, antequàm in usum trahatur, sit corrigendum, ut particulæ inutiles & qualitates noxiæ inde sequerentur.

§. 2. Quod autem vulgò purgantibus pro correctione olea addantur, illud fit cira fundamentum; cùm purgantia nullam unquàm correctionem inde percipiant, sed potiùs digestione & præcedente præparatione corriguntur, ut mitiora evadant. Et licet sæpiùs dulcia vel acidula ad ingratum saporem obtundendum medicamentis quibusdam in compositione addantur, illa propterea non sunt corrigentia nuncupanda.

§. 3. Basis est medicamentum, quod primariò respicit causam morbificam & magis

gis

gis urgens ſymptoma, quod ſecundum *Sy*
vium, antequàm patientem jugulet, confe
ſtim è medio tollatur.

§. 4. Baſis, quæ ſemper neceſſaria, ſim
plex eſt & compoſita, prout affectus & me
dicamenta variant. Quodſi pro pluribus do
ſibus præſcribatur medicamentum, baſeo
doſis eſt augenda, v. g. ſi in pilulis purgan
tibus præſcribatur *Reſina jalappæ* loco baſe
os pro tribus doſibus, tum aſcendatur ad
ſcrup. j. cujus doſin mediam aliàs conſtitu
unt gr. vj. vel vij. Si varia ſymptomata at
que indicantia ſimul concurrant, baſis ad
fortiùs urgens directa in majori quantitate
præſcribatur, quàm altera, mitius reſpicien
ſymptoma.

§. 5. Baſeos defectum ſupplent adjuvan-
tia; ſi nimirum medicamentum baſeos de-
bilius fuerit, quàm ut intentioni Medici ſa-
tisfacere poſſit; addenda ſunt adjuvantia,
quæ in purgantibns ſtimulantia nuncupan-
tur.

§. 6. Adjuvantia nunc æquali, nunc
majore vel minore ſcribuntur quantitate,
prout baſis & morbi ac ſymptomatum con-
ditio illud poſtulant, quod ex crebra & aſſi-
dua

ua formularum, ab exercitatisſimis Practi-
s præſcriptarum, perluſtratione quàm
ptimè addiſcitur.

§. 7. Per dirigentia nihil aliud intelli-
i poteſt, quàm ſpecifica, ob conſymbo-
ſmum cum ſpiritu inſito partis, certam ali-
uam corporis partem affectam reſpicien-
a, quæ ſimul vires medicamenti alterantes
t evacuantes illuc transferunt, quod expe-
entia ex praxi teſtatur, v. g. ſi in capitis
ffectu purgandum, egregiè illud efficit
aſſa pilularum de ſuccino Cratonis, modò
imulus illi addatur. Quandoque vehi-
ulum reliquis præbent dirigentia.

§. 8. Excipientia nihil aliud ſunt, quàm
ehicula; & variant in ſpecie pro formula-
um diverſitate: Semper tamen in majori
ræſcribuntur quantitate, v. g. in dupla,
ipla vel quadrupla. Excipientia ſunt *aquæ
eſtillatæ, conſervæ, ſyrupi &c.* in emplaſtris
ra & terebinthina, in unguentis & lini-
entis *pingvedines, oleaque cocta.* Notan-
um autem, quod excipientia ſemper ſi-
ul dirigi debeant ad partem affectam cau-
mque morbificam.

Caput Tertium
De
FORMA MEDICAMENTORUM EXTERNA IN GENERE.

§. 1.


Externa medicamentorum forma determinatur plerumque ex ægroti Natura, humorum peccantium ſitu & ipſius medicamenti conſtitutione. Ratione ægri; ſic alius delectatur pilulis, alius potionibus, alius emulſionibus &c. utplurimùm autem omnes fermè patientes mixturas contractiores, ex *tincturis*, *eſſentiis atque ſpiritibus* conſtantes eligere ſolent.

§. 2. Ratione humorum peccantium craſſi viſcoſique humores liquidam, tenues craſſiorem indicant formam. Ubi etiam in remotioribus locis deliteſcunt humores peccantes, ſolida forma eligenda; quoniam licet tardiùs, tamen cum majori operatur efficacia.

§. 3. Ratione ipſius medicamenti forma determinatur, cùm nonnulla renuant cum pulveribus (v. g. extracta viſcoſa) alia cum decoctis & potionibus commiſceri.

Sic

te non commodè ingrediuntur potiones *...ius dulcis, cinnabaris* ♂ *ij & bezoardicum ...inerale &c.* fundum enim petunt & præ...t, ut in forma pulveris exhibeantur. Ni...is amara, ut *colocynthis, aloë &c.* in pul...ribus non conveniunt, ſed commodiùs in ...ulari forma exhibentur; hoc enim mo... ingratus ſapor non obſervatur.

§. 4. Cùm autem forma medicamen...rum externa ſit triplex, nimirum ſolida, ...quida & media, vid Cap. 1. §. 8. primùm ...lidam aggredior, & deinde ad reliquas me ...oque converto.

CAPUT QUARTUM
De
PULVERIBUS.

§. 1.

AD ſolidam medicamentorum internorum formam pertinent pulveres, pilulæ, trochiſci, rotulæ atque morſuli; ad formam verò externorum ...feruntur emplaſtra, ſacculi ſ. fomenta, ...ppoſitoria atque peſſaria.

§ 2. Pulveres etiam interdum dicun...r traheæ, in primis ſi aromata ſimul ingre-

grediuntur aut si ex iisdem maximam p
tem constant ac conficiuntur.

§. 3. Dosis ingredientium singulor
determinanda est ex dosi summa vel me
cujuslibet, & attendendum quantum de
gulis pro una dosi conveniat. Hodie
scrup. ß. ad scrup. j. vel drach. ß. pro u
dosi pulveres exhibemus, ne majori quan
tate ægroto nauseam parantes, magis n
ceamus.

§. 4. Si ingredientia ingrati sint sap
ris, additur saccharum ad pondus omniu
nonnunquàm etiam oleum destill. ad g
tam unam vel alteram, it. elæosaccharum
Præscribuntur autem pulveres ex mate
friabili ut *radicibus*, *herbis*, *terreis*, *lapid*
&c.

§. 5. Ita in officinis varia pulverisa
ad pulverum præparationem parata, pr
stant, v.g. *pulvis card. ben. rad. irid.*
Ocul. 96. corall. margar. lapid. quinque pr
tiosi &c. præpar. ♁ *diaph. bezoard. min*
rale, *zale*, ♂*ale*, *cinnabar.* ♁ *ij*, *nativa*,
ris, item varii pulveres compositi, e.
Marchionis, *bezoardicus Sennerti*, *dysen*
ricus Crollij, *stomachicus Quercetani &*

romatici, qui ſpecies dicuntur, ut *ſpecies tragacanth. frig. & calid. diarrhod. Abdianiſ. diambr. diagalang.&c.* id quod Diſpenſatoriis notum eſt. Formulæ e. g. tales :

Purgans.

℞. *Pulv. rad. jalapp. reſin. ſcrup. j.*
Magiſt. gumm. gutt. gr. iij.
⊖l. abſinth. gr. iiij.
M. F. Pulv. D. & S.
Purgier Pulver anf 1. mahl.

Diaphoreticus.

℞. *C. C. phil. præp. gr.* xv.
♁ Diaph. ſcrup. ß.
⊖l. card. ben. gr. v.
M. F. Pulv. D. & S.
Pulver zu ſchwitzen auf 1. mahl.

Bezoardicus.

℞. *Pulv. bezoard. Senn.*
Pannon. rubr. ã. ſcrup. j,
Bezoard. miner.
Cinnab. ♁ ij, ã. ſcrup. ß.
M. F. Pulv. D. & S.
*Bezoardi*ſches Fieber Pulver auf 3. mahl

Ad Epilepſiam pro infantibus.

℞. *Spec. ceph. Michaël.*
Pulv. Marchion. ã. ſcrup. ß.
♀r. ⊕l. anodyn. gr. ij.
M. F. Pulv. D. & S. Pülverlein/ wo von jedesmahl einer Erbſen groß.

Febrifugus.

℞. *Ocul. ♋. præp. gr.* xv.

⊖*l. Fumar.*

♁ *diaph.* ♂*at. ā. scrup.* ß.

M. F. Pulv. D. & S.

Fieber Pulver auf 1. mahl.

Alius.

℞. *Specif. antifebr. Croll. gr.* xv.

Cinnabar. nativ.

♁ *diaph. ā. gr. vij,*

M. F. Pulv. D. & S. ut antecedens.

CAPUT QUINTUM

De

PILULIS.

§. I.



Pilulæ parantur ex resinosis gummosis cum appropri[...] liquore solutis, v. g. *aloë* [...] *sat. violat. res. jalapp. sca*[...] *mon. gumm. ammoniac. g*[...] *ban. gran. mastich. &c.* item massis pilu[...] rum, in officinis paratis, prout nimirum [...] alterandi vel purgandi intentio est, quib[...] etiam adduntur pulveres, ut ☿ *ius dulc.* ♁ [...] *aph. croc.* ♂ *is, Fl.* ♀ *ris &c.* (sed in exigua [...] si, ne consistentia pilularis destruatur) & *o*[...] *destillata*, non ut corrigens, sed ut resolve[...] atq; attenuans.

§§

§. 2. Dosis hodiè ultra scrupulum, vel
a xxv. vix extenditur, ex qua quanti-
utplurimùm pilulæ xv. vel xvij. forman-
ut sint minores & magis gratæ; atten-
da etiam simul est assumendi facilitas
dispositio.

§. 3. Usus pilularum est, ubi patientes
lia forma abhorrent, & in morbis humi-
ibus ad humores inspissandos, ut catar-
salso atque tenui. In melancholicis
ntrario ob ficciorem intestinorum con-
tionem non conveniunt, cùm planè
nutatæ, nec liquefactæ ab hisce fuerint
ùs excretæ pilulæ.

§. 4. Salia pilulas non commodè in-
diuntur, nisi statim assumantur; facilè
n liquescunt salia & formam pilularem
ruunt. Formulæ pilularum e. g. sint
entes:

Purgantes.

℞. *Extr. pachymn. Croll. gr. xij.*
Res. scammon.
☿r. dulc. ā. gr. v.
ol. macis dest. gt. j.
M. F. c. R. ♀r. Pilul. N. xv.
D. & S. Purgier-Pillen auf 1. mahl.

N 2 Aliæ

Aliæ.

℞. *Aloës rosat. gr. xv.*
Res. jalapp.
☿ *r. dulc. ā. gr. vj.*
Ol. fœnic. gt. ij.
M. F. c. Tinct. castor.
Pilul. No. xvii. D. & S. &c.


Contra tussim.

℞. *Extr. glyzyrrhiz.*
hyssop. ā. gr. xv.
Myrrh. el.
Oliban.
Gran. mastich. el. ā. scrup. ß.
Croc. orient.
Fl. benzoës ā. gr. vj.
♀ *r. gr. viij.*
Laud. opiat. gr. iij.
Ol. anis. gt. vj.
M. F. c. sp. fœnic.
Pilur. No. LX. pulv. glyzyrrh.
adsp. D. & S. Pillen/ wovon jedesm
5. biß 7. zu nehmen.

CAPUT SEXTUM.

De TROCHISCIS, ROTULIS & MORSUL

§. I.



Rochisci & rotulæ plerumq; pr scribuntur in affectibus pec ris, v. g. tussi, asthmate, rau dine atque phthisi, item præs yati

onis gratiâ, grassantibus morbis mali-
, peste nimirum, dysenteriá atque fe-
petechiali.

§. 2. Desiderantur potissimùm â deli-
oribus, & ijs, qui ab alijs medicamen-
um formulis abhorrere solent; item in-
ibus præscribuntur, saccharo gauden-
s.

§. 3. Constant & parantur ex pulve-
s, speciebus in officinis paratis, extractis,
nibus & resinosis, v. g. *myrrhâ*, *benzoë*
additis aliquot guttulis olei alicujus de-
ti.

§. 4. Talis inter trochiscos & rotulas
otatur differentia, ut trochisci cum *tra-
ntha*, in aqua conveniente soluta, ceu
iente incorporentur; rotulæ verò
aro. Ad drachmam unam specierum
rotulis conficiendis recipitur sacchari
a una, vel quantum satis est.

§. 5. In rotulis non conveniunt spiri-
cidi, ut *vitrioli*, quia saccharum ab hisce
ulatur; adhibentur tamen succi mode-
acidi, ut *ribium*, *berberum*, *granatorum*,
etiam in morsulis. Formulæ sint tales:

Trochisci contra Phthisin.

℞. *Pulv. Haly contr. phthis. dr. iß.*
Spec. diatragacanth. fr.
diarrhod. Abbat.
Extr. glyzyrrhiz. ã. dr. j.
scord. dr. ß.
Antihect. Pot. scrup. ij.
Magist. ♄ n.
Croc. orient. ã. scrup. ß.
